



ЗАЛА IV  
ШКАФЪ 19  
ПОЛКА 8 № 19

XVIII. 2. 170/2  
<http://rcin.org.pl>





ANGELI  
DURINI  
PATRITH MEDOLANENSIS  
EX COMITIBUS MODOETIAE

ARCHI--EPISCOPI ANCYRANI  
IN REGNO POLONIAE ET MAGN:  
DUC: LITHVANIAE

CUM FACULTATE LEGATI  
a LATERE

NUNTH APOSTOLICI

CARMINA


VOL: II.

A D  
JOSEPHUM

CARDINALEM

PUTEOBONELLUM

ARCHEPISCOPUM MEDOLANENSEM



ANNO MDCCCLXIX.

*Philosophia admixta Poematis, magis delectat: & Poesis  
admixta Philosophie magis capit animum.*

**PHILOXENUS POETA.**

*Neque vero ab amplissimâ Sanctissimâque Præfulis dignitate alienam puto Poesim, in qua scio, Magnot & dignitatis amplitudine, & vita sanctimonia Viros Clementes, Ambrosios, Prudentios, Damascenos, Paulinos, Prosperos, & duo Ecclesiae præclara sidera, Romanum & Nazianzenum Gregorios venerabilem & à Sapientiâ & à Religione canitem oblectavisse: & antiquissima dignitatum atque pietatis Luminæ Poeseos vel alienæ vel etiam suæ, non minus quam historiarum opera æternitati consecratos. Ut taceam Cardinales Bembum ac Sadoletum sèculo XV. aique hoc nostro Cardinales, Melchiorem Poliniacum in Galliâ; Quirinum, & Puteobonellum in nostrâ Italâ Artium Adinventrice, & Magistrâ Doctrinarum.*



EMINENTISSIMO PRINCIPI  
JOSEPHO  
PUTEOBONELLO  
ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI  
ANGELUS DURINI  
ARCHIEPISCOPUS ANCYRANUS  
SE AC SUA.

Non diu mihi nec sollicitè deliberandum fuit Eminentissime Princeps , quodnam sibi nomen in operis vestibulo Carmina nostra jam lucem visura haberent præscribendum, quem eligerent Patronum. Quem

( 2 )

enim

enim alium nisi Te Unum, qui publicus semper  
fuisti Musarum Patronus, ac Numen quoddam  
tutelare?

*Qui Clarios fontes, Clarios qui denique Vates  
Afferis, & Lauro Aonidum, Mitrâque decorus  
Ardua Pierii conscendis culmina montis,  
Non magis illustris titulis, quam carminis artes;  
Quem varii passim populi, longèque remota  
Ora canunt, quem nostra etas, quem postera secla  
Venturique legent, mirabunturque Nepotes.*

Apud quem dulces illæ ante omnia Divæ  
lubentius hospitantur, quam in Nobilissimo Tuo  
& eruditissimo Sacrario? Ubi humanius excipi-  
untur? Hâc ego humanitate fretus, quæ inter vir-  
tutes tuas, ducit Familiam, ad Te Humanissime  
atque Eruditissime Princeps, tanquam ad Apolli-  
nis Templum configio, Tibique hæc mea offe-  
ro; Non enim timeo, ne me hæc studia profiten-  
tem repellas, atque asperneris; illud timere debeo  
ne facilè admissus fastidium Tibi pariam; carmi-  
naque Tibi oblata displiceant, non quia carmina  
sint, sed quia mea; Verum hac in re commodè  
accidit, ut cum singulari Tuâ in Litteratos homines  
propensione, summa erga cæteros homines, huma-  
nitas conjungatur, quarum virtutum altera effi-  
ciet, ut studium meum probes, altera ut erratis

igno-

ignoscas. Accedit, quod eadem me voluntas  
Tua Optime Princeps, quam & ore, & calamo,  
& verbis, & rebus ipse non semel propitiā mihi &  
faventem expertus sum, de Tuā in me voluntate  
dubitare non sinit. Quo enim pacto, cum non-  
nulla Tibi e meis quæ Mediolani cum essem con-  
scripseram, non displicerint, reliqua minus acce-  
pta futura verear: & malam de Musis meis spem  
ipse concipiā: de quibus Tu, Eruditissime Prin-  
ceps non malam ante opinionem imbiberas?  
Certe nisi priora illa fuissent ad Tuū palatum, bo-  
noque animo recepta, posteriora hæc ad Te mit-  
tere erubuissem, quæ non ingrata, plane Tibi su-  
tura existimo, varietate argumennti, plerumque à  
Morali Civilique doctrinā petiti, & plurimarum  
rerum adjunctā, insertāque mentione. Quid quod  
nemo Sacrorum istorum intelligentior quam Tu  
ipse, Poetarum Princeps, sic ut vel hoc solo nomi-  
ne, ut deessent cætera, neque bona Tuæ erga Poeti-  
cam significationis, aut in aliis, aut in me ipso  
exempla dedisses, mea hæc Tibi consecrare de-  
buerim. Quis enim Te Princeps Eminentissime  
dicendi Majestate ac prisca illa minimèque fucata  
facundia, quam a Græcis Romani, à Romanis Jta-  
li, Tu ab omnibus didicisti, prior inquam atque  
commendation? Qui quamvis tot jam annos in

Ec-

Ecclesiæ Insubricæ administratione magnâ cum gloriâ, magnisque laboribus verteris; atque ad hoc munus amplissimum, omnium graviorum scientiarum cognitione instructissimus accesseris; non ideo tamen, tibi lenius hoc & amœnus Poeseos studium unquā negligendum, aut contemnendum putasti: sed illius jucunditate ita duceris adhuc quadammodo, & delectaris, ut qui eruditissimos Tuos & absolutissimos versus legat, nulli Te arti aut scientiæ vehementius quam poeticæ studuisse arbitretur. Quis enim os illud Veterum rotundum illud, profundum, atq; elegans Te felicius exprimit?

*Cujusnam bifido Lyra clarior exit ab antro?  
Quem plus Pierio de grege Phœbus amat?*

Quis melius erudit ingenii Laudibus atq; aureo linguæ flumine Insubribus refert Ambrosium atque Augustinum? & si quid Veterum

*Narratur auri nomine dignius  
Fulisse, mores sed magis aureos  
Miramus intactos maligno  
Debilis invidie veneno.*

*Fœcunda Patrum sœcula, & integrum  
Culpæ indecoræ reddis imaginem,  
Nec dignitas ardet serenâ  
Fronte minor, placidoque magni*

*Pa-*

*Pastoris ori mixta severitas,  
Pugnare fortis pro Insubrico Grege.*

Accipe igitur Virorum eruditorum, Poetarum, Principum, atque Ecclesiæ decus & ornamentum eximum, hæc mea qualiacumque carmina, & à sæculi hujus invidiâ, quo plurimi saporis sunt publici, pauci Tui, me ac mea tuere. Nihil imperitorum hominum, & Grammatistarum insulsorum calculum desidero, dum merear Tuum. Tibi enim disertissime Cardinalis, & exactissimo judicio Tuo mihi si placere contigerit, placere contigerit omnibus: Farre libant qui thura non habent; Et gratas quoque Jovi esse nosti victimas quæ infra Hecatomben sunt.

*Magne Pater, cape dona lubens, votisque faveto  
Præferat ut nomen pagina nostra tuum.  
Sic neque nos manibus tanget mala turba prophanis,  
Et magis intento, qui bonus, ore leget.*

Deus Opt: Max: Te Insubriæ Populis,  
ac Musis deditum, conservet,

*Detque Tibi corpus vegetum, viridemque senectam,  
Quamque Tibi tribuit fortunam, donet eadem  
Posse frui, Tu vero animo, Tu quo prius ore  
DURINUM foveas, & quæ facis, usque tuere  
Otia, sic te semper amet, colat Insuber orbis  
Quem regis, imperiique tui moderamine latus*

*Flo-*

*Flecat Insubrum Grex & Tibi credita Tellus:  
Sic Tua Pierides neglecto culmine Pindi  
Tecta colant, & te multo venerentur honore  
Phæbumque Patremque suum, sic ad Tua sacra  
Innumeri veniant Vates, & debita portent  
Munera, suspendantque Tuo sua carmina Templo,  
Teque Loci Numen, sublimi sede locatum,  
Mille canant linguis, mille oribus & Tua latè  
Nomina concordi tollant super æthera versu :  
Sic mea, si qua meæ quoque gratia, se Tibi Musa  
Dedat, & omne sui spatium Tibi consecret ævi,  
Devoveatque suos, si qua hinc Tibi gloria, cantus.*

Scribebam & canebam Varsaviae ex Ædibus meis.

ANNO MDCCLXIX.

MIT-



MITTIT POEMATA SUA  
EMINENTISSIMO PRINCIPI  
CARDINALI  
J O S E P H O  
P U T E O B O N E L L O  
ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI



*Vocales Pindi colles, age, Musa; relinque  
Virginum hyanteos cætus, Charitumque choreas,  
Atque loquax Numen Parnassidos Hypocrenes  
Per nemus umbrosum, molli qua doctæ susurro*

( i )

Vol-

Volvit aquas, adeunda Tibi est Urbs emula Romæ  
Plena Virum, gravida Imperiis, & fœta superbis  
Ingeniis, quam spumanti lavat Abdua cornu,  
Quam Pater irriguo Verbanus gurgite Lambit,  
Lanigeræ suis urbs prisca de nomine dicta;  
Mens ibi celsa sagax, solers, & rite gerendis  
Apta Ministeriis sacrorum, solvere nodos  
Mire opifex rerum, prudens mens usque futuri,  
Docta externorum vires, & pondera Regum,  
Consilia, & populos; mens cæcas Lyncea fraudes  
Cernere, vestigare dolos, atque abdita rerum  
Arcana: ingenii longè latèque coruscos  
Mens jaciens radios. Et scis, cum nectare carmen  
Imbuit Aonio, sese ut melioribus æquet  
Non tantum ingenii Italorum temporis hujus,  
Græcia at & Latii antiquis contendat, & acri  
Affectet palmam studio, dubiamque relinquat.

Hunc

Hunc adeas, veneransque modesto lumine, nostra  
Offer mentis opus; nostri quod pignus amoris  
Obsequique fidem faxit: mibi fata Remoto  
Invida surpuerint quamquam Illum cernere semper,  
Atque Illum colere, & pendere loquenlis ab ore;  
Attamen Illius viva obversatur imago  
Ante oculos, dum præseritum divina recordor  
Carmina, quæ recitat nisi Amicis, idque coactus:  
Quæ ut primum audiri, totum me ita surpuit ille  
Flos Agannipæis imbutus floribus, omnes  
Sic sensus dulci nostris afflavit odore ,  
Crediderim ut subito per Pindi sacra vagari  
Culmina, per colles, habitataque Vatibus antra:  
Vos ubi longe Urbium strepitu , vulgique manetis  
Quare i Musa viam rape, concita, lœta Ticini ad  
Pascua, & Insubrum flaventia culta meorum:  
Nil opus est aliis signis Tibi; cognitum in orbe

Nil

*Nil tibi quippe magis; quam Insubri Pastor ovilis  
Si tamen, illa petis; cernes sacra tempora circum  
Gemmatoisque apices, Mitræque biverticis aurum  
Possim immortales Musarum adrepere Lauros.*





## SERMO I.

Voluptatem abeuntem considerandam  
non advenientem.



Dixerat è veteris quidam Sapientibus ævi  
Instruit indocilem ut Pubem , squalente  
probandas

Esse voluptates abitu, haud aditu censendas  
Festivo; quia cum sistunt in limine gressus,  
Plurima non durâ promittunt gaudia fronte;  
Ast ubi jam dulci benè te compleveris escâ  
Et tibi concesso fueris jam fonte potitus,  
Heu quantum tibi surgit onus ! quantique dolores  
Ærumnæque premuntcum se illecebrosa voluptas  
Insinuat primo, nondum est & tota recepta,

A Du-

Du<sup>c</sup>ere vis, inquit, curis sine tristibus annos?  
 Huc sub jura mei concede levissima Regni;  
 Dum nobis potiere, nihil patieris amarum;  
 Explicat & species variorum mille colorum,  
 Obiicit & brutum quæ deliniisse palatum  
 Et quæ parte aliâ possunt placuisse, decoram  
 Heic videoas frontem, teretes videoasque papillas,  
 Flagrantessque genas; gratissima fragrat odorum  
 Copia lectorum; ædificat mira caput arte  
 Floribus insertis; roseis rapienda labellis  
 Oscula propinat; manibus dat colla premenda  
 Lactea lascivis, Franco bis murice tintatis  
 Vestibus effulget, digitos incendit Iaspis  
 Splendidus, ambrosio tibi verbaque gutture fundit;  
 Nil nisi teque suum Dominum vocat Illa: Deorum  
 Gaudia magnorum tibi fortunata videris  
 Carpere, teque Deum reputas: sua fulmina tristes  
 Cum subito mittunt casus, hilaresque procella  
 Obruit atra Lares: Tibi certa futura voluptas  
 Quæque videbatur, fugiens dat terga, cruenta  
 Telaque discedens in te contorquet, amores  
 Atque suos alio vertit; species abeuntis  
 Ista voluptatis (potis est quam nemo videre  
 Ni sapiat.) Soles nuper fulsere sereni,  
 Qui tibi perpetuâ caput abdent nube, prementque;  
 Agmina morborum trahit insidiosa; tuumque  
 Injectâ corpus Francâ contagé fatigat

Et

Et bene fundatos evertens sæva penates  
 Vix reliquum facit infelicem quo tueare  
 Vitam; nec satis est; properans infamia turpes  
 Spargit in ora notas; precibus nisi tu hic profusis  
 Invigiles, mihi crede, tuâ actum de ratione est.  
 Hos Tibi discedens fructus fatiata voluptas  
 Linquit, & usque sui immemorem te non sinit esse.

## SERMO II.

### Res adversas utiles esse.

**S**i queat ut res est cognoscere cuncta Juventus,  
 Oscula det ferulæ; docilis si Fæmina, si vir  
 Cum sene si juvenis norit quanta utilitas sit  
 Sub cruce ferre jugum, meliori vivere sorte  
 Non malit; cohibent intra sua limina curæ  
 Namque animos, scelerique aditum præcludere norunt:  
 Non faceret melius qui vino deditus hæret  
 Sæpe sitim vacuam si insomini cum fame ferret?  
 Ebrietas fuso violenter sangvine tingit  
 Innocuos postes, casti consortia lecti  
 Fædat, amicitias, pacemque, & fædera solvit:  
 Hæc aliquis secum post exhalata revolvens  
 Vina, gerit nimis at serò mærentia corda:  
 Hic vero mallet Bacchum cum vite perisse,  
 Imbibitosque meros latices sibi vellet aquaj

A 2

Spurca

Spurca libido rapit, sanos cum pectore sensus,  
 Alteraque ebrietas animi est Venus improba; miras  
 Nempe voluptates sibi fingit, se citò quarum  
 Pœniteat, tibi mens hoc duro fune revincta est,  
 Nescia servitii ipsa sui; tua noscere damna  
 O! utinam possis rabie hâc, furiâque solutus,  
 Spes prior ipse tuas dæmnes, & pondere dicas  
 Morborum o utinam pressum Veneris fugissent  
 Furta nefanda caput; vesanius ambitione  
 Nil est, hæc facit ut sanctus Pudor in mala quævis  
 Non vetet ire, ardet namque illa, atque usque perurit;  
 Huic pater est fatus sed stulta superbia mater;  
 Hei mihi quæ simulat, quæ dissimulare laborat?  
 Quæ fugienda facit, fugit excors quæ facienda!  
 Non secus ac Protheus formas se verfat in omnes  
 Lubrica; ne sibi splendescens honor eripiatur,  
 Quo dejecta furit, spumas agit, & fremit ore,  
 Quoque potita, ignara modi uititur; in medium quo  
 Ambitio in barathrum se præcipitare coegit!  
 Ah miseros! præstaret enim sub paupere tecto  
 Et nullis noti latuisse mapalibus agri:  
 Ergo tuæ clemens dabimus Pater oscula virgæ,  
 Nequaquam miser est quisquis miser esse putatur:  
 Per lacrymas, per mærores, per spinea tæsquæ,  
 Duc Pater omnipotens nos alti ad gaudia coeli.

SER-

5

## SERMO III.

### In Pestilentiam Doctrinæ Machiavellicæ.

Usibus heu tragicis famosa scientia, nigri  
Sedibus excita ex Erebi, styge cusa magistro es  
Quæ Machiavelli in cerebro! nihil undique tutum  
Fraude dolisque tuis; falso mens picta colore  
A stute simulat, frons lucet dissona, crimen  
Nec promens animi, in speciem mansueta, benigno  
Annuit ore, sed à tergo furit execrandis  
Insidiis; audi quæ Legifer Ille docebat.  
Fac sceptro spatum, queis es potis, artibus; arce  
Rivalem infestum, perimas clam providus ense;  
Ad Regimen fas grassari morte, ignibus; at si  
Quis fors restiterit propera nece tollere prudens;  
Propina taciti furialia pocla veneni  
Non capit aula duos; rapidæ cape gaudia vitæ,  
Utere deliciis; post mortem nil supereft. Quid  
Restet? homo totus moritur; nil ludibrium Te  
Orci commoveat, mera somnia delirantis  
Sunt vetulæ quidquid Fidei tibi dogmata monstrant;  
Non pingui nebulâ, pice non torrente ruit styx,  
Non urit rapido fera flamma volumine; docta est  
Fabula styx; patitur nemo illic; præmia nulla

Vir-

Virtutem afficiunt; fontes quoque supplicii nūl  
**A**ccipiunt; o vive, licet dum vivere, nullas  
 Si sapis, unica Lex Tibi sit cognoscere leges.  
**M**achiavellæ sunt hæc decreta Palestræ,  
 Hæ leges pecudum, stygiæque hæc dogmata pestis  
 In populos dirâ grassantur lubrica lepra  
**A**spicis hæc celso superum Regnator Olympo?  
**A**spicis, intorto nec frangis fulmine fontes?

## SERMO IV.

### De Gigantibus veteris Ætatis, & nostræ.

**F**ama refert veteres immani mole Gigantes  
 Aggressos superis Numen detrudere Regnis.  
 Ficta putas; rideisque mihi puerilia credi  
 Et mihi forte, tuum, dicis, quò cessit acumen?  
 Jndice tam celeri ratio, verique profundum  
 Stare vetat: validos immani mole Gigantes  
 Nempe fuisse, fidem nobis sacra pagina fecit:  
 Hi contra populumque Dei, rectique tenaces  
 Sæpe stetisse ferunt, nervosis tela lacertis  
 Torquebant, & erant illorum nomina Terror.  
 Hei! quoties viso trepidans exercitus uno,  
**A**bscessitque retro, pavidusque in terga relatos  
**A**dduxit gressus nullo licet incitus ense.  
 Roboris hinc illis proprii fiducia venit;

Ex-

Excelsumque placet jam nolle timere Tonantem.

Jus contra stabant pro causis semper iniquis,

Judicis ora sui ridebant; dixerat hoc est

Jus, Judex; nostro hoc a junt decernitur ense,

Juraque vestra jacent: justa atque injusta secantem

Dixerat Ille, Deum. Reddunt Illi ore frementi

In manibus Deus est nobis, nescitque pavere

Numina vestra Gigas, & non sibi Numina credit:

Eripiunt quod cuique placet, tribuuntque vicissim,

Et faciunt quidquid jubet illos dira libido.

Legum non illos sanctarum cura fatigat,

Ipsorum venter Deus est; cadit æthere nulla

Sobria nox illis, nulla est lux sobria, morbi

Si inciderint, ipsi faciunt convicia cælo.

Pupilli lacrymas, viduæ & suspiria mæstæ

Hi ludos, faciunt, nec flentis voce moventur;

Barbara turba preces nescit, non fædera novit,

Nec jus hospitii sanctum, lex insita nulla

Illi, nulla fides, quivis agit urbe Tyrannum

In propriâ, imperium & sancit sibi cædibus ipse;

Hujus & ad libitum populus, Procereisque loquuntur,

Nutum spectantes miseri, imperiumque trementes,

At nemo meritos Divis instaurat honores.

Nonne hoc illicitum est superis indicere bellum?

Ejecisse Polo, non ne hoc est velle Tonantem?

Jamque adeo tecum versa, fortasse Gigantes

Consimiles illis si tempora nostra tulerunt.

Hei mihi quam nostris illi vixere minores

Sæ-

Sævitia; ad summum venit furor improbus, & nil  
 Prorsus jam restat superent quod postera sæcla;  
 Et quanto priscis modo deteriora diebus  
 Tempora volvuntur, currunt atque omnia pejus;  
 Tanto perfidiâ nostri vitiisque priores,  
 Tecta gerant parvo quamvis hæc corpore; fraudes  
 Hi necunt technasque & vafra negotia versant:  
 Simplicitas, mihi crede, illis erat addita major;  
 Montibus impositos montes ad celsa struebant  
 Sidera, eratque illis jam cæli spes propioris;  
 Cum telo miseros summus Pater ipse trisulco  
 Summovet, atque suâ simul omnes mole gravavit.  
**A**t diverticulis rerum tectisque cuniclis  
 Affectat superas stirps nostra hæc impia sedes;  
 Vim tamen adjungunt, nebulosis cui niger alis  
 Cingit utrumque latus dolus, auxiliumque ministrat;  
 Hos etiam telo, licet abditiore, peremptos  
 Credibile æternis sua claudere fata tenebris.  
 O utinam non Regnantes, rerumque Potentes  
 In numero hoc essent primi, plusquamque Gigantes;  
 Hic ut quisque suo propior vel stemmate vel vi  
 Plurima damna necesque piis mortalibus infert,  
 Pocula spumanti sed plena furore propinat  
 His Deus, & potos trahit implacabile fatum.  
**A**h quot corde dabunt gemitus! sed & ore querelas  
 Heu nimium seras; mirabimur ordine verso  
 At nos illorum in præcepis prolabier ævum.

SER-

9

## SERMO V.

### De stimulo conscientiæ.

**F**elix depositis animi qui pectori curis,  
Depulsoque metu innocuos sine crimine soles  
Lætus agit, qui virtutis de tramite recto  
Nunquam abit: haud illum timor anxius urit, edaxque  
Livor, sed sceleris purusque, & fronte serenus  
Temnit inæquales generosâ mente procellas.  
Concitat at qui iras Superum, Cælumque lacepsit  
Criminis ausu, seriùs, ocyùs omnipotentis  
Pondera fert dextræ, tortos & fulminis ignes:  
Nullum impunè nefas Superis; quâcumque latebrâ  
Te metgas; ultrix repérit te dextera sonem  
Verbere corda agitans obscuro; hæc prima remordet  
Cura reos, ut quod némō se Judice tutus;  
Intus cor rodit Nemesis, tacitoque flagello  
Instat cincta, instant furiæque, metusque, pavorque  
Pallidus ore, sui sceleris tum conscius error;  
Et dum luna vehit noctem, aut sol exerit ignes  
Anguibus usqué urgent animos & crimine terrent  
Sontes usque suo; o! pateant si corda nocentum!  
Quot metus intus agit vindictæ & frigidus horror  
Quot miseram stimulis mentem impia pungit Enyo!

B

SER-

◆ ◆ ◆

## SERMO VI.

Non omnes Nobiles, & Illustres nostro  
tempore doctrinam ac pietatis  
gloriam quærere.

### Ad Nobilem Polonum.

**T**er quater est felix gemino qui dives honore  
Virtutem didicit conjungere nobilitati;  
Vere nobilis ille est, cui pietas insignes  
Sancta dedit ceras; nitidum non sangvine si quid  
Prodit ab illustri, doctas mox spirat Athenas;  
Nec Sophus, aut audit doctus, qui stemmate magnus:  
Non semper residet præclara scientia vultu  
In placido; non purpureo cui tincta colore  
Formosa est facies, frons & micat, ingeniosus  
Hoc ipso reliquos visu superat deformes;  
Sæpe caprâ sub fronte latet, capite atque inhonesto  
Docti vir cerebri, sub sæpe pilo fruticante  
Horridulisque comis, & sub mento nemoroſo  
Ingenuo doctrina viret cognata senatu;  
Sæpe creant natos agrestes dotibus aptos,  
Officiisque pares magnis; nitidâ sub cute contrâ  
Condita non raro residet vis straminis ingens;  
Crebro fallit imago, hominis Typus atque externus;

Pul-

Pulchris ludimur exuviiis, oculi nos fallunt;  
 Forma boni haud potis est defungi munere testis;  
 Oris saepe loquaculi & Iantide veste superbiens  
 Comptulus, intortaque comâ sciolus Ganimedes  
 Cunctis præfertur; licet excors, insubidumque  
 Sit caput, omne cui studium, si supplice gestu  
 Noverit inflexisse genu, vestigia scite aut  
 Misceat, eloquier phaleris si verbula certis  
 Cum pompâ edidicit, choreas si ducere cauta  
 Edidicit librâ; si flexilis Histrio vel sit,  
 Pileolum pennis norit si comere, terram  
 Lambere si pedibus, sapiensque peritus & audit:  
 Heros est, molles cyprio qui pulvere crines  
 Inspergit calidi crispans molimine ferri,  
 Pecctere qui in laqueum & norit, quique helluo Bacchi  
 Hungarici vino plures tumularit amicos;  
 Qui curtâ frameâ per vicos perque plateas  
 Trux veluti miles noctuque diuque minatur;  
 Facundus Cicero est, meretricius obscenum qui  
 Aut pipit, aut farto mendacia corpore cudit  
 Pinguia, sed Tu qui radiis lucescis avitis  
 Tu Aonidum Phæbique es pullus amabilis; ipsa  
 Semideum Mater genuit Te cæsia Pallas,  
 Imbuit atque animum; stabili inde ligas virtutes  
 Conjugio, socias doctrinæ, munere pulchro  
 Teque aptum præstas, Patriæ ut sis utilis olim.

## SERMO VII.

## Unde Litterarum contemptus.

**I**ntereunt potiora brevi: leviora perennant  
 Invidiosa, bonum, res terris, nec diuturna est.  
 Vix fuerat primo virtus bene nota Parenti,  
 Prætulit in vetitum scelus ire. Astræa reliquit  
 Quam subito terras! Pandoræ nunc quoque pyxis  
 Toxica habet; rerum pretio contemptus honesti:  
 Hinc vitium rerum corrupta conditione  
 Indidit, hinc sors dura bonis, facilisque nocenti,  
 Mobilis imperiumque rotæ; potiore flagravit  
 Scilicet ut quisquis studio, hinc sua condidit ipse  
 Fata sibi. Primum hos soboles mortalis abusus  
 Noverat, & sceleri Fortunæ dona patere;  
 Hinc odium recti, scelerumque insana cupido,  
 Divitiasque fuit in diras impetus omnis;  
 Præstigit utilitas ornanti pectora curæ,  
 Præpediitque animos; species defuevit honesti  
 Quæ caruit lucro, paupertas doctaque crimen  
 Crimen in orbe fuit, sensim sapientia vires  
 Perdidit arctatas; & erant vix unus & alter  
 Hanc modo qui colerent; mutila informisque ruinis  
 Nunc tandem assiduis ad nostrum pertigit ævum  
 Vix bene nota, suis vix agnoscenda ruinis.

Jam

Jam nec cura subest cuiquam valuisse loquendo;  
 Et dare Pieræ vivacia verba catenæ,  
 Vel si cura subest titulis & honore carebit,  
 Cultorique suo feret heu nisi dona pigenda;  
 Et mireris opes, vitiataque dona Minervæ  
 Atque venit quævis Parnasso cura docente;  
 Ecce quot exercent indigni præla libelli,  
 Degener artis opus sacræ: fastidia fæclis  
 Ipse ego præbuerim priscis, eroscripta daturus  
 Nec laudata meo; Phæbus fluxisse liquore  
 Hæc negat Aonio; istis lectis erubuisse  
 Phæbum & Castalias fertur risisse Puellas.  
 Parcite Pierides: non hæc Heliconia dictant  
 Antra, nec à bifidis quæ manat collibus unda,  
 Prosiluere alâu, gelidis & Sarmaton oris;  
 Hæc tamen ut prostant incultæ pignora Musæ  
 Digna sui Domini sunt tempore, digna locoque.  
 Non me Musa eiet toto plaudenda theatro,  
 Nec manet Aoniæ me Delphica gloria frondis.  
 Cum bene præstiterit sudatos cura labores  
 Despicetur opus; vanos colat iste libellos  
 Atque aliquis dicat; nos aulica turba, forores  
 Odimus Aonias, profunt sua carmina census  
 Siquid ad augendos, erit ultro cuique legendus,  
 Si valet ad mores tantum sua Musa: quid ad nos?  
 Ipse suæ unus opem præsentem sentiat artis.  
 Si quis erit locuples, quosvis petat orbis honores;

Quis-

Quisquis eget, mundo speciem male præbet honesti.  
 Cur ego turpe putem, quod gratum, dulce, juvetque?  
 Sic decus ingenii vitio gliscente satiscit,  
 Atque suas removet dotes contempta Minerva;  
 Attamen in diros mundi procurritur usus;  
 Nunc scelus exèrcet curas, violentaque bella  
 Mentibus omne nefas africant; nec decipiatur Te  
 Nunc quoque quæ nostras exercet cura palæstræ;  
 Nutat in ambages, nec plus quam jurgia novit  
 Nec nisi fallaci reboantia prælia voce:  
 Scilicet è geminâ, quâ stat sapientia dote  
 Deteriorque minorque viget in nobis, solaque lingua  
 Nunc sapit, & multum differt à pectore, quæque  
 Vox simulat pudibunda, negant mox facta proterva;  
 Mens agitat rectum: lucro est operosa voluntas  
 Auro cuncta vacant; homines seu bella fatigant,  
 Immodicè sive his, irritamenta malorum,  
 Concipiuntur opes; instantibus excita curis  
 Ingenio vires paupertas surripit omnes;  
 Scilicet, ut repetas adversæ crimina sortis,  
 Invenies doctis semper nocuisse piisque;  
 Vix erit in tantis quorum venerabile nomen,  
 Cui propriæ series vitæ decurrerit æqua.  
 Certe ut præstiteris ex æquo præmia rebus;  
 Protinus ingenuæ manabit copia dotis.

SER-

## SERMO VIII.

## In Ebrietatem.

**N**ON ego Threjciæ laudans jejunia mensæ  
 Bacchus ab humano jubeam procul exulet ore.  
 Cur tamen ut blandæ Veneris prohibetis abusum  
 Non etiam facitis teneant ut pocula fines  
 Vestra aliquos? stolidi vesana licentia vulgi  
 Hei mihi ab officio quam longe dissita distat  
 Mens generosa tuo; fuscâ caligine sensus  
 Dic age quos versas? peragis quî lumine capta  
 Fare, vices solitas? rumpit commercia fumus  
 Nempe tua exurgens, facit auxilioque carere  
 Membra tuo, utque inter medias sine lege procellas  
 Orba ruit navis Rectore per æquora longa,  
 Sic temulenta patent adversis membra periclis  
 Nec modo languentes torpor gravis obsidet artus,  
 Viæta sopore cadit ratio: nionimenta pudori  
 Mens quoque viæta suo præbet; nam lingua proterva  
 Solvitur in turpes gestus, & verba canina;  
 Quin simul in diras procurrunt pectora cædes;  
 Degeneres quo vos adigit petulantia linguæ  
 Conseruisse manus, quæ mens violatur inepto  
 Abfuit eloquio; lingua est rea criminis una,  
 Lingua madens Bromio, pudet heu potiore moveri

E-

Exemplo pecudum; vino abstinet usque nocivo  
 Gens pecudum: at positæ vobis convivia mensæ  
 Ebrietas vobis & magnum est pignus amoris,  
 Mutua testantur cognatas pocula mentes  
 Quas fera mox furor & rabies propellat ad arma:  
 Qui bene legitimi specimen prætendat amoris  
 Liber alit segetem qui ad turbida jurgia; nescit  
 Liber, amicitiæ leges & foedera nescit,  
 Æqua comes virtio nec virtus sustinet ire.  
 Me quoque Thysigeri móvet indulgentia Bacchi;  
 Quæ tamen haud noceat menti; libamine vires  
 Scilicet ut modico redeant, vigeantque refecta  
 Corda illo; insano legem sancire Lyæo  
 Hanc decet, atque modum hunc injustis usibus esse  
 Quæque supervacuos petulantia fecerit, haustus  
 Lege jübente suis tandem sit subdita pænis:  
 Justior affliciet nullos vindicta nocentes.  
 O tandem Reges exurgite; vindice dæstra  
 Cum radice serum & morem dictuque nefandum  
 Vellite, quid sit opus factu taceo; ecce pudet me  
 Versibus effari, toto spectante quod orbe  
 Sæpe, sacris etiam addictus, Princepsque senatus  
 Factitat, ipse meis oculis quod cernere cogor,  
 Quodque animus memorare horret, pia Musæ refugit;  
 Væstra salus, Reges, pro quâ unusquisque tuendâ  
 Vitam offerre suam debet, vitamque suorum  
 Væstra salus spuitur, excurrentur, evomiturque.

SER.

## SERMO IX.

Deposit potentes de sede & exaltavit  
humiles.

**Q**Uam miro variat casu, salit alea nigris  
 Quæ fallax oculis, tam miro fabula lusu,  
 Quam renovat fortuna duplex; jam blanda benigno  
 Hæc Zephiro, mox torva Aquilone est: confpice Amanè  
 Majestate truci tumidum, folioque sedentem  
 Mancipiumque Deæ Fortunæ infanie, refertum  
 Perfidiâque doloque virum; sublatus in altum  
 Ille fuit, lapsu ut rueret graviore; probrosam  
 In furcam ex folio tandem traiecit eburno  
 Excelsus gemino ille loco; qui & luce supremus  
 Externâ Dictator erat, par atque ierat Dîs  
 Terrarum Dominis, & tot circumfluus aulæ  
 Mancipiis, numerat quot soles circulus anni;  
 Illum vappam hodie plebis, scurrisque jocosis  
 Ludibrium ecce vides; an nosti Nabonasorem,  
 Qui pro Regali folio præsepe bovinū  
 Heu tulit, & fœnum manducans sub Jove, duram  
 Gustavit sortem; res, alta superbia, cælo  
 Exosa est, divisque scelus immane supernis.  
 Execrata Jovi quercus, quæ gaudet in alto  
 Plantari Libano, miscet dum luxuriantes  
 Sideribus crines, perfringitur igne trisulco;

C

En

En stirps quæ Zephiro quondam gaudebat amico  
 Incrispare comas, jacet heu! perque intervallum  
 Ingens, infelix languentia brachia porgit.  
 Sic est, magna ruunt; Deus in sublimia raptat  
 Virtutem semper refugam, secura sui quæ  
 Repere amans, solio sedet insperata superbo.  
 A Librâ specimen sumas, lanx decidit una  
 Tollitur altera, Aman, de conditione potenti  
 Deiicitur, surgit sed Mardochæus; apella.

## SERMO X.

Deliciæ ruris ac matutinæ ambulationes  
 æstatis tempore commendantur.

**N**escio quid gaudi ruri insit, deliciique,  
 Mærore at quodam tetrico, tristique veterno  
 Urbs dormit; vivit Rus omne; tori viridantes  
 Riparum, mentem atque oculos dulcedine replent;  
 Catarrhus mætas incommodus incolit urbes,  
 Tussis anhela domos; est liber spiritus agris,  
 Præsertim Majo; cum calvas denuò quercus  
 Crinibus insternit Ver: primo surgere mane  
 Cura fuit mihi prima, & portæ egressus ahenâ  
 Prodigus in gressum spatioſos visere campos:  
 Urbium ibi fumum excusſi & fastidia crebra  
 Atque melancholian; ibi cuncta favent succedu-

Mi

Mi læto, vernalque salus ibi tuta; fluit mi  
 Vena ibi vividior, succoque vigens electo:  
 Affero id expertus; seu captem frigora, corpus  
 In viridante toro porgens; dum Thracia Pellex  
 Alta Ithyn in queru plorat, viduusve Palumbes  
 Rauca gemit, raptosque miser suspirat amores;  
 Seu virides flabris levis aura loquacibus umbras  
 Ventilat alludens foliis, lucente vitro seu  
 Contempler pisces, calamo & ducam saliente;  
 O quam dulcisonis tremit isthic Musica lingvis!  
 Voces aulicæ abeste, capi procul este probrosi;  
 Dulcius hic canitur, cum Pastor cornua longa  
 Inflat, arundineosque tubos, Orpheum esse putares;  
 Quis luxus nemorum vernal? quis luxus agrorum?  
 Gentilesque loci flores; connubia florum,  
 Arborum adulteria sat quis miretur; ab illis  
 Enatamque probam sobolem; quæ, & quanta voluptas  
 Cum cæli Lea fulva furit, jacuisse per herbam,  
 Excepisse animas Zephirorum pectore aperto!  
 Ipse situs variæ præbet spectacula scenæ,  
 Deliciasque urbis vincit, Regumque Theatra;  
 Nusquam adeo molli clausi mea lumina somno,  
 Quam cum fagineâ recubavilentus in umbrâ,  
 Blando adgarribat labro mihi rivulus, instar  
 Nutricis Morpheo; quin nusquam suavius ipse  
 Est visus placuisse mihi Regnator olympi:  
 Per tot ambages animo, rerum sator & fons

Clarius occurrit fumum extra, urbisque tumultum;  
 Raptus in astra suis è factis omnipotentem  
 Usque perorantem mirabar, deliciis his  
 Detentus terrena sacro pede conculcabam.

## SERMO XI.

### Cognitio Dei exactissima ex rebus creatis desumitur.

**T**ELLUREM quisquis cernit cælumque, Magistrum  
 Mox capiet rerumque Fabrum sibi colliget arte  
 Ex mirâ; superis nam quidquid in ætheris oris  
 Fulgurât, exsudat quidquid mare divitarum,  
 Quidquid germinum humus, nullo discrimine id omne  
 Ennarrat: latet in nobis enī Ille Creator  
 Maximus, a cuius fulgore dies astrorum est,  
 Et luxus rerum cunctarum; scilicet Ille  
 Nos implet totus, pleni Illo nos sumus, omnes  
 Vivimus inque Illo prorsus, Illo inque movemur;  
 O age mortalis mundi perpende theatra,  
 Continuo Dominum invenies ex ordine, partium  
 Et scito nexū: constanti volvitur æxe  
 Orbis cælorum, yaga sidera & usque rotantur,  
 Sol luci, noctique preest soror indiga lucis  
 Fraternæ; cursus nunquam pede devius errat,  
 Est tot nec lassus sæclis; res namque statuta est;

Nec-

Nemo declinatque vias, quas Conditor ire  
 Jussit, luxurians æstate nemus redeunte  
 Lascivit, certis crinitur frondibus arbor,  
 Nunquam non stirpes, nunquam nec germina aberrant,  
 Observantque sui nutum jussumque magistri;  
 Flumina cuncta viden ut fixo fine refidant,  
 Limite nec sese evolvant maria alta statuto,  
 Terrestri contenta scypho; lege omnia fiunt  
 Ista; jubet Dominus sic servos. Sæpe Magistrum hunc  
 Cogita, in humano tanta est si gratia vultu  
 Quanta erit Artifici, quantus decor omnipotenti  
 Auctori, si hic nulla datur proportio, fecit  
 Qui tam pulchra, sicut pulcherrimus Ipse necesse est.

## SERMO XII.

### A D A M I C U M

Ut sibi a falsis hodierni sæculi Politicis  
 unicè caveat.

**A**H! fuge crudeles tergo, sed gutture blando  
 Verbosos contemne homines, qui plurima spon lent  
 Nec stant promissis, placido mille oscula dextris  
 Qui vultu figunt, te perfunduntque salivâ;  
 Qui dubio lingunt conditos melle favores,  
 Basiolisque aulas mulcent, & poplite curvo;  
 Artifici qui fraude nitent duplique palato

Vul.

Vulpino duplarem gestant cum pectore linguam;  
 Qui vigili mentis rimati lynce medullas  
 Scire arcana volunt; rerum sensusque latentes;  
 Ceu medicus venam tangens, qui plurima sentit,  
 Pauca sed ostendit verbis; fallacibus ardenter  
 Qui stellis, oculis dubii, nictantque sinistri,  
 Ritu qui cochleæ gaudent habitare reposti,  
 Sub dura & testudine amant latuisse, fenestra  
 Quæis ut nulla domi sincero lumine, plena  
 Cratibus at mens est; struxere ad grandia pontem  
 Qui per fasque, nefasque, comentes sensa figuris  
 Qui sua larvatis falsâ dulcedine fallunt:  
 Turba susurratrix quot fædera sancta diremit,  
 Quot connubia & amicitias dedit impia pessum!  
 Hos fuge, quorum non Tibi stat perspecta voluntas,  
 Qui sibi, non tibi præsentes dum florida sors est  
 Ære tuo ventrem pascunt, avidamque crumenam,  
 Et procul ut culices moriente cadavere cedunt  
 Mel ubi deest; non te, se tantum quæritat ipsam  
 Turba; sub adventum veris fervore solutis  
 Ceu nivibus torrens mollè instrepit, ast æstate  
 Pocula cum desunt spissis siccescit arenis;  
 Sic pariter multos parasitos sorte virente  
 Mansuetos pasces, sed cum pinguedine nudum  
 Marsupium fuerit, facto simul agmine cedent;  
 Hanc pestem novi, suffossaque fraude sagaci  
 Pectora, & amicitias mendacis anhelitus istas,

No-

Novi ego Vulcanos scelerum, mendacia crudunt  
 Mille encausta dolis: nec te amplius ista prophana  
 Decipiet te gens, olli si obduxeris aures  
 Sirenas quondam ut sapiens vitavit Ulysses.

### SERMO XIII.

In Sacra Regum Historia  
 Paucissimos reperiri melioris notae Reges.  
 Ad Alexandrum De Sanctis.

**D**ic mihi, de Sanctis, quæso, qui nocte dieque  
 Biblia sacra teris, sancta atque oracula vatum,  
 Calmetum meditans, alter Calmetus & ipse;  
 Dic mihi, de Sanctis, cur de tot Regibus illis  
 Qui Hæbræas rexere plagas, vix unus & alter  
 Extiterit, gestans qui regia sceptra benignè  
 Non solium vitâ tenuit polluitque scelestâ,  
 Præter Daviddem ( qui nictans lubrico ocello  
 Uriæ thalamos incæsto polluit ausu;  
 Ostrum sed lavit lacrymis usque Jlle decoris,)  
 Vix Ezechian inveneris & Josian  
 Cætera fex Regum, Regum & farrago scelestâ est,  
 Nec spurio memoranda throno; nempe indolem honores  
 Mutant, & mores, de Sanctis nocte reponis  
 Nidificare & amant scelera impia Cyclade Regum  
 Flore suo, fructuque suo tuté fruitura.

To-

Tota relicta sibi est blanda atque effræna voluptas,  
 Quod liget atque facit, plenoque superbit asylo;  
 Stant portæ vitiis bipatenti poste reclusæ.  
 In diros Reges quot degenerare Tyrannos  
 Aspices, factosque suæ Genti intolerandos,  
 Dum fugunt sua Regna, gravi populosque tributo  
 Exagitant, major velut impete, quæ fluit Jster  
 Stagna minora furens sorbet, latâque rapinâ  
 Ditescens, satiat violentas sæpe procellas?  
 Sæviit in populos sic Roboamus Judæ,  
 Roboamus atrox, certusque referre tributa,  
 Et sua privatis augere æraria damnis  
 Obsequium amisit, Regno & spoliatus Judæ est.  
 Sic Jezabelis nimio seductus amore,  
 Fulmine trux justum Nabotum perculit Achab,  
 Quæsitos pretio Nabot renuisset ut hortos.  
 Vita tumens folio raro, mihi crede, pudica est.  
 Sic Palestini posuit qui culmina Templi  
 Dives opum Salomon, sanctus Probus ivit in omnes  
 Lascivos æstus; Veneris scelerumque lacunas.  
 Quin multis atque ipsa fides sancta excidit, atque  
 Templa, soro steterant medio quæ splendida, terræ  
 Äquata, aut stulto cultu violata Deorum;  
 Jussu Manassis stabant luci viridantes  
 Montibus in summis positi, sacrique Priapo,  
 Luxuriis pleni stabulisque; erat usque Tyranno  
 Jus dirum gladii, furor insatiabilis; Illum

San-

Sanguinis haud reverentia, non miseratio vitæ  
 Movit, mortales, pecudes, vitulosque putabat.  
 Culmina, de Sanctis, volvens hæc pessima mente,  
 Atque malos Reges, vota execrantia dextras  
 Illas concepi quæ Regia scepta tenerent:  
 Majestas dixi soliorum, & scepta superba  
 Et sellæ, trabeæque, insignia clara, valete.  
 Profuit haud multis, mihi crede, hucusque stetisse,  
 Repere sed multis, humili jacuisseque valle:  
 Alta suopte loco trepidant; vertigo data usque est  
 Verticibus magnis; feriunt rutilantia quercus  
 Fulmina, tuta Jovis resident, virgulta, myricæ.  
 Omnia bellorum concurrere prælia vidi  
 In celsas turres, campi vallesque quieto  
 Hoste vacant, parvâ radit qui littora cymbâ,  
 Non perterrcrepus Boreas nocet; æquore in alto,  
 Æratas lacerat navet, classesque Tyrannus.  
 Magnum extare puto, genere haud sceptroque superbo; at  
 Mente, polo quæ fixa Deum sapit, expedit unum,  
 Una apices supra est virtus Regumque cathedras;  
 Nominis hæc verus fulgor, lux inclita honestæ  
 Hæc famæ, summi quæ plus nituere Monarchæ,  
 Quam titulis, Aquilisque, & purpureo comitatu;  
 Hæc ornat meritos Illorum murice crines,  
 Qui fugiunt metui; quædam est laudabilis auro  
 In medio paupertas, optans nil cupienter  
 Omnia habens; sibi sat, ceu fons est rore perenni

D

Di-

Ditescens, spretum laticem qui fundit agellos  
 In steriles. Tellus o plena tumultibus usque  
 Parva pila, & punctum? assiduo quod turbine, iniquo &  
 Marte fatigatum proscindimus, indomitique  
 Voti, per flamas per syrtes, per mare vastum  
 Quærimus; Esto; homini Reges periisse ducentos  
 Constat, cras tragic iimmemores bis mille theatri  
 In scenam apparent, superum qui sede valere  
 Jussâ, gavisi fragiles prensare coronas  
 Imperia æterno anteferent mortalia olymbo.

## SERMO XIV.

Cum miseram Regum fortunam  
 è folio præcipitum considerasse.

**Q**uisquis sceptrâ rotas, folioque corufcus in alto  
 Ex humeris tergoque paludamenta superba  
 Ostroque atque auro, assiduis sed turgida curis  
 Suspendis, Regum casus mortemque memento  
 Ludibrio sortis semper variante malignæ.  
 Prociduum molli gremio, quem fovit amica  
 Sors Pallum, plumis exutum, alisque repente  
 Præcipitem, in spurcam dedit imperiosa cloacam.  
 Res testata; colosorum moles jacuere  
 Præcipuæ, Babyloniacas qui sustulit arces  
 Aula est ejectus, pecorum conviva vagorum

Ro-

Roderet ut terræ gramen, biberetque paludem.  
 Fastu clatus habet, meruit quod nempe, flagellum;  
 Exulat Assyriaæ Fabricator turgidus urbis,  
 Cogitur & socios inter mugire Juvencos.  
 In cavea latitans sic Bajazettus, abortus  
 Fortunæ, in lusus cecidit furiasque novercæ,  
 Principe ut exuto, Regalis serperet Jrus.  
 Sic Sapor ille ferox, Carolus sic calvus, avitâ  
 Præcipites solii ceciderunt sede; Stuartus  
 Elapso sæclo ascendens fatale Theatrum  
 Gente omni frendente, truci ferienda bipenni  
 Colla dedit; vitreæ Reges nunc fidite sorti:  
 Sed moneo, o Reges, dolus est, fugitiva jocosæ  
 Prosperitas sortis, plerique in fine cothurnos  
 Degenerant ludi in tragicos, placuere facetis  
 Antea qui soccis; extremaque gaudia luctus  
 Occupat: applausu si quem fortuna celebri  
 Imbuit, aut solio dedit insedisse, tumorem  
 Devitet; fugiat nimium popularibus auris  
 Impelli, plausuque sui gaudere Theatri:  
 Fortuna est Dea nota Tyrannide, nota jocandi  
 Sævitiâ; incertas transmutat sæpe coronas.  
 Est ventosa velut pila missilis; inspirato  
 Quæ levis est Euro; volat hæc suspensa per auras  
 Mox bombo graviore cadit. Sors aurea Cræsum  
 Prodidit; ut pauper Cræso ex evaserit Jrus.  
 Sacrilegus qui bella Polo movet, ilicet orci

D 2

Nil

Nil miserantis erit sacra victima; vix Sator & fons  
 Rerum, orbes cæli extuderat, terrasque jacentes;  
 Cum subito aligeros Populos, sine corpore Gentem,  
 Condidit, æterno genitor succensus amore;  
 Ut sua quâ fruitur solus, natusque, per ævum  
 Communis foret, & multis concessa voluptas.  
 Continuo fuerat quos æquum dicere laudes  
 Auctoriique Deoque suo, ac persolvere grates,  
 Regnandi malesuadus amor ( quis ferret inultus )  
 Impulit haud partem exiguum, furiisque subegit,  
 Ut cuperent summo sese præferre Tonanti,  
 Immemores animis victi, cæcique furore;  
 Non tulit omnipotens Sator, & meliora sequutos  
 Armavit contra, nulla hinc mora, talia adortos  
 Indecores cælo partes detrusit in imas,  
 In sedem scelerum æternam, noctemque profundam.  
 Nemo impune Deo bellum insert; Ergo Monarchæ  
 Credite fortunæ, sceptrisque tumete, *Sereni*  
 A vitreo, dubioque polo fortasse vocati,  
 Nunquam fronte color nunquam cui lucet cädem;  
 Cærulus ille color fallax est inque fidelis,  
 Nubibus & subito torvus succensa vaporum  
 Nubila mille trahit. Spes parcas diligit orbis  
 Arbiter; in cumulum ac tumulum fastus ruit omnis.

SER.

## SERMO XV.

Quorumdam hodiernorum Prædicatorum  
 modus, phasis, & dictio,  
 nihil ad conversionem animarum multum  
 ad ostentationem faciens  
 vanitatis arguitur.

## Ad N.N. Concionatorem

**F**lumina Divini eloquii prodesse cupido  
 Si Te vera tenet, si Tu hamo saucia sacro  
 Pectora piscari gaudes ardente cathedrâ,  
 Serica verba cave fundas, phalerasque; tonandum est,  
 Libranda in spurios sunt ignea fulmina mores,  
 Immundi mundi sordes & monstra Catonem  
 Poscunt, ancipiti ut gladio resecantur amores  
 Incesti, cultros & acutâ cote novatos  
 Exposcunt mores. O carpite, vellite quotquot  
 Templa peroratis per vasta libidinis æstus  
 Indomitos; experta res est, se hâc labe semel qui  
 Inquinat, emergit raro, ni Præco severus  
 Præstet opem, luteum crimen vivo atque colore  
 Depingat, triplici pertundens corda sagittâ.  
 Nil hic blanda juvat, Præcones credite oliva,  
 Immerso ut vitiis madeatur sordibus ævo.

Præ-

Præco Dei, caveas monitus multumque monendus,  
 Ne veluti Pavus stellata volumina caudæ  
 Turgidus affectat, pictam vel Psittacus Jin,  
 Pro rostro eloquii affectes pigmenta prophani:  
 Incorrupta fides Christi florum simulacra  
 Fictilium spernit, vocisque sonos imbelles:  
 Fæmina non finitur vultuque & crinibus emptis  
 In Templis fracto ore loqui; sed poscitur illud  
 Ad culmen, solidâ facundia plena medullâ;  
 Mascula vox resonet, sint mascula verba, Virorum  
 Prudentum hic opus est. Sit Fæmina muta, loquendi  
 Haud finem faceret; nil lubrica lumina prosunt.  
 Nil sententiolæ; efficiat (quid lingua panergis?  
 Sint Cicerone licet desumptaque Quintiliano;  
 Ingenii succum qui sic, mihi crede, perorat  
 Perdit, araneolæ & sua viscera prodigit instar,  
 Quæ fragiles trabibus suspendit turgida telas,  
 Ut geminas redigat muscas in rete vel unam.  
 Histrio floridulus cor nunquam animosque movebit,  
 Displicet, atque placet; confecto Drammate totus  
 Est plausus, dixit concinno Roscius ore,  
 Concinnis & acuminibus; mores nihil inde  
 Consilii accepere boni, remanentque priores.  
 Lux contra sincera, idiomate prodita puro,  
 Nativâque loquelâ hominum descendit in aures,  
 Invehit atque pios mutata in pectora sensus:  
 Ascitum nescit, pudibunda ut virgo colorem,

Sic

Sic Sacra ignorat minium Facundia, spernit  
Schemataque & phaleras pigmentaque poppeana.

## SERMO XVI.

Humilia & stulta hujus mundi  
à Deo eligi ad opera insignia ut confundat  
sapientia, & fortia.

**A**d magnos apices, atque alta negotia, mundi  
Quisquilias legit rerumque hominumque **Creator**,  
Præstantesque manus ad Regna potentia Codris  
Pauperibus tornat: Davidem evexit Judæ  
Ad solium è custode ovium, jussitque Juditham  
Corpore fœmineo enervem, sed mente potentem  
Pro patriâque mori timidam nil, stringere dextram  
Armatam gladio, jugulo Ducis Holoferne,  
Fatalem: vocat ad portenta ingentia Christus  
Naviculas, Lacuumque putri de gurgite nautas,  
Constituens mundi Dominos, dare provida totis  
Jura jubet terris: hederas sibi fertaque Regum  
Repere sub pedibus cernit Petrus, Ausoniamque  
Mitram poplitibus sentit flexis venerari.  
Cur ergo statuas jaçamus, inutile nomen,  
Pulvere sordentes, fumosorumque Penatum  
Priscas effigies: melior sanguis vetus an num est  
Forte novo? anne Ducem nasci melius reputemus  
Quam

Quam fieri? vili ad solium qui è sanguine prodit  
 Jgnes pér gradiens & per Mavortia facta,  
 Dignior ille hederâ, soliumque ascendere eburnum  
 Cur putridos jactamus avos, mucumque sepulchri!

## SERMO XVII.

### Doctrinam sine virtute nihil esse.

**A**Ure savete Sophi, facunda tonitrua ab altis  
 Jactatis quotquot cathedris, tussimque celebrem,  
 Scitaque clamoris miscetis jurgia rostris.  
 Quæ virtute caret ne sola scientia digna  
 Est obolo? cui non virtus sit juncta marita  
 Conjugio stabili valet ars nil; lubrica quippe  
 Tantum inflat; gravida est vento pila, vitrea bulla est:  
 Exitio multis est sola scientia, multos  
 Stravit præcipites; intonſa Gausape lanâ  
 Est melius, serum quam velamenta superba,  
 Francorum & multus vestes labor, Endromides aut  
 Doctæ; Sidonios chlamis aut incocta rubores.  
 Scilicet ignaris rapiuntur agrestibus astra;  
 Carne volitantur scioli; qui plurima norunt  
 Dicunt, non faciunt; ostendunt pollice docto  
 Sidera cæli aliis, velutique animalia proni  
 Terram ipsi spectant; & convolvuntur in illâ.  
 Vagina abs gladio dicatur geminea; virtus,  
 Doctrina ornetur; Domina Jlla, pedis equa at ista est.

SER-

## SERMO XVIII.

Minima quæque suspecta  
de periculo esse debere.

**V**Ilius an quidquam, & despectius est scintillâ?

Quæ vix in columnis scintillat deside vitâ,  
Inserpitque tremens cineri, lychnoque supremo  
Palpitat; illa tamen Zephiri rediviva flabello  
Patronoque adjuta Noto, bacchata furore  
Vertitur in sylvas, atque alta palatia Regum  
Devorat; est nebulis indigestoque vapore  
Quid minus? & clausâ Terræ sub viscere febri?  
Et tamen hæc montes tremulo pessum dedit orbe.  
Quid minus est tineâ, modicâque proboscide blattâ?  
Et tamen hæc Tyrias comedunt animalcula vestes,  
Dente licet tenui sint, totas Bibliothecas  
Mordaci fame depascunt; licet unica mica  
Pulveris igniti, granum vel sulphuris unum  
Fomite concepto totas deglutiit urbes,  
Sustulit abque imo Turres, castella, domosque.  
Unica prædominans myrrhai gutta prophanat  
Ænophorum totum; testata pericula rebus  
Quis nescit minimis plusquam millena subesse?  
I peccatillis clemens atomisque, jocosi  
I mendacioli, & salibus confide, jocisque  
Olim Elephantus erit, minimo quod corpore vilem

E

Esse

Esse putas culicem, vel si quid tenuius extat;  
 Nescis heu nescis fastidia plurima cæli;  
 Tu peccata vocas, ludos, charitesque, jocosque;  
 Nempe microscopio divini orbatis ocelli,  
 Atque adeo es cæcus, te non ut noveris ipse,  
 Tempus erit quo obuli multa in fœstertia crescent.

## SERMO XIX.

Conversationem nostram  
 in cælis esse debere,  
 more florum astra intuentium.

**P**Ost brumæ senium, liquido cum flumina vitro  
 Redduntur, gelida fluvii nec compede vincit  
 Currunt illimes, Violæ velamine comptæ  
 Cæruleo patulis foliis dum spicula solis  
 Verna bibunt, sapiunt cælestem conditionem:  
 Virginem Jllæ animam fugunt ex æthere, & astra  
 Implantant generi, simili radiofa colore,  
 Nobilibus sibi jungentes vaga sidera vinclis.  
 Sic memor æthereæ Patriæ mens provida terræ  
 Transcendens humiles cumulos stet rudera supra  
 Fracti orbis; cyatho florentia lilia aprico  
 Cælestes captant auras, exemplaque præbent,  
 Ut mea nil, cælum nisi labra canora celebrent.

Cæ-

Cæli delitias & mira palatia posthac  
 Ore canam; hocce suis foliis, totidem ceu linguis  
 Sylva facit, faciuntque jocoſo id murmure fontes,  
 Et pulli exigui, Mater cum, vel Pater Ilos  
 Destituunt, querulo cæli bona numina poscunt  
 Gutturē, nec finitur fame frangier implumis gress.  
 Sideribus solis pateant ſic labra, velutque  
 Mendici obſidunt Templorum limina, victum  
 Ut refrant; ſic ante feres nos omnium egeni  
 Sollicitis precibus carpamus limina cæli,  
 Donec ſe & Numen nobis in luce videndum  
 Præbeat importuni erimus; Codros prohibet quis  
 Ut non ſint queruli, illos ſi jubet imperiosa  
 Et maleſuada fames? quis cæli ſedibus orbat.  
 Me optatis! Domus o ſuperæ ſpatium infinitum!  
 Te vel cum genitu ut procul intuor, æſtuat igne  
 Non ſolito peccus mihi, ſpe & ſalit invidioſa  
 Cor gravidum, ſordet mihi gratia terrenarum  
 Compagum, atque ſimum mundi contemno lutumque;  
 Ingemino ſtellas & ſidera provoco. Cæli  
 O excubiae vigiles! lunam ſectarier uſque  
 Pollicitæ, & pulchrum radiis allambere Phæbum,  
 Divinæ ſoboles dextræ; me lumine olympus  
 Dispunctus recreat ſolus, mihi nil cum gleba  
 Atque ſolo ſterili; punctum eſt hæc terra, loquaxve  
 Nidus hirundinis: o quando felix erit hora!

Cur quadrans nimium piger es postreme! remota  
Ah nimis ò dulcis Patria, ò mors! quæso, veni ò mors!

SERMO XX.  
De cultu mentis  
Præ corporis follicite promovendo  
Ad Nobilem Polonum.

**S**Unt quas perspicuas auri subtegmine vestes  
Ferre juvat; queis fucatis fibio mereticum  
Nudo humero medium placet incessisse per urbem;  
Hic sexus tenera imbecillior iudole, crines  
Consilio fngit vitri, totisque diebus  
Hœrens ad speculum debet sua labra colori:  
Mendicam faciem emitunt è pixide Francā  
Sarmatides Helenæ; pinsunt è sanguine malas  
Vipereo, laribus sic coctæ proripiunt se  
Vestitæ sanie Parisini muricis, ingens  
Perque rotant sese spatium prædivite vastæ  
Appendice togæ, verrentes syrmate longo  
Atria, magnatumque domos, & limina Regis.  
Hæc tractet rugosa lyce; propria hæc imbellis  
Sunt pecudis; sanguis sed celsior inditus errat  
In venis hominum; genius sublimis, & igneus  
Spiritus ebullire sagax, & ad ardua natus,  
Sursum subsiliens muliebria deginatur;

Co-

Comatur mens sola viri; memorarier, edat  
 Digna tubis facta, & seriem colat antiquorum  
 Sauromatum: nolit studiis qui forte vacare  
 Militiae incumbat, mercatus sanguine famam,  
 Exilio mulctet Moschos, Patriamque parata  
 Defendat dextrâ, loricâ membra resurgent  
 Sanguineâ melius, quam mollia tegmine Franco  
 Aut si fæmineo niteant ceromate; malo  
 Ferrea corpora, talis erat Belisarius olim,  
 Et nostro celeber Fridericus tempore, cuncti  
 Vestibus hi rigidi gladio latus accinxerunt.  
 Tales quos numeros fuerant atavique Potosci  
 Et talis consanguineus tuus acer in armis  
 Vir campi, armatique decus, murusque Poloni.  
 Quin ergo galeam capiti, laterique bipennem  
 Adnectens frameam pariter Tu, Te medium trux  
 Libras in Moschos? aude quid sternitate dignum  
 Exemplique memor Patrii Te, belliger, arma  
 Ærato tonitru; fremitus nec suadeo tantum  
 Armisonos; studiis pariter sua gloria doctis  
 Debetur, tutâ dabitur cum pace potiri;  
 Nunc stâ pro Patriâ, pro Relligione tuendâ.

SER.

bin

## SERMO XXI.

Solitaria antiqui Eremi Patrum vita  
Turbis sæculi  
præferenda.

**T**Hebaidos loca sola, lares, tacitosque recessus,  
Quæis afflat cultum rupis pietate suâpte  
Horror nescio quis pius, & venerabilis umbra,  
Dicere fert animus; nihil illis dignius extat;  
Littores quamvis cannis, & vimine querno  
Sint juncti; cessent certare palatia Regum,  
Sudore & multo laquearia comportata;  
Non humiles superant monachorum tecta, cavernas:  
Hisce morarier haud aliis Deus ipse theatris  
Discupiat; præter cunctos illi anguli in orbe  
Usque Deo rident, & majestate decorat  
Usque suâ; suavi ò quam numine vesicuntur illic  
Cassianus! vacat ut precibus, cælosque coruscis  
Sideribus varios oculis & mente pererrat!  
Exulat his laribus mordax dolor, anxietasque  
Dira animi, sopor atque Deo cæloque dicatus!  
Lenius inserpit; durans & quattuor horis  
Nocturnis cedit precibus sopor elacrymatâ  
Paupere clepsydrâ; de belli hic nulla cruxore  
Mens est, & ducibus; nullus timor anxius urget;  
Isthic nescitur, vulgus, primique Senatus

Quid

Quid faciant, orbis quid peccet, quidque Tyranni,  
 Sanguineum genus, affectent, quid fiat eburnis  
 Scepbris, quis populos fræno regat Induperator;  
 Pace alta status exigitur summâque quiete,  
 Extra curarum morsus subitosque tumultus:  
 Non vagit rupes, querulo non sylva resultat  
 Conjugii clamore; domuncula rupe cavata  
 Sufficit assiduis precibus, natumque cubile  
 De silice abrupto, modicum sinuatur in arcum,  
 Serviat ut Domino somnique papavera portet;  
 Palma secus nutrix sua brachia porrigit, umbrâque  
 Hospitio præstans, ructus canis, atque latratum  
 Æstiferi calidum extenuat; summa ista Palati est,  
 Unicus aulai est cultus totius, Eremus.  
 Pro turba famulantum & conspicuis hastatis  
 Gens vaga quadrupedum; vigili non tuta molosso  
 Porta sonat; non clausa serâ munitave ferro,  
 Tuta satis custode uno; satis unica felis  
 Tutandæ domui, mures ne impuné vagantes  
 Finitimo dominantur agro; prope consitus hortus  
 Porrigit halantes herbas, viridique culinâ  
 Suggerit incomptæ genialia gramina mensæ;  
 Palladium non illi oleum, Pharium nec acetum;  
 Sobria radiculis nudis stat mappula; aquali  
 Et sitis ex modico; venæ strepit unda pudicæ  
 Molliter aridulum parce quæ lincta palatum  
 Mitigat; at reliquas sitiens bibt hortulus undas;

Pu-

Puro subfiliens vitro fons ille, maritas,  
 Quæ prope sunt, lactat plantas, vindique tapete  
 Riparum residens, pisces alit usque minutos.  
 Regula totius Prandi isthæc, regula cænæ;  
**A**llium olens, nigrum furfur, lacrymosaque cepa,  
 Addjicitur festis panis lapidosa diebus  
 Crusta, Theodosius, quam olim ut studio venandi,  
 Devius in cellâ edisset, celebrasse saporem  
 Atonita fertur fame, se & melius nihil unquam  
 Aulai delicias inter, variosque paratus  
 Dixit se edisse; usque adeo fit lauta culina  
 Cælestis, luxu Regali non redimenda;  
 Copia non illi dapibus assuerita festis  
 Prodigia, tot spuriâ Cleopatræ aut arte superbæ,  
 Sardonichis gustus tormento inventus aceti,  
 Gemniaque insuetos emittens Bacca liquores.  
 Stat sapidis æquanda cibis, queis dulcis Eremus  
 Utitur, este procul, messes & aromata, mundi &  
 Lurcones, macies tacitæ est mage lauta latebræ.

## SERMO XXII.

### In oppressionem Inopum Querela.

**C**ingimur uno omnes cælo, tectoque micante  
 Claudiuntur, atque idem sol omnibus æquore prodit  
 Pur-

Purpureo, una eadem Genitrix fæcundaque nutrix  
 Obtigit, atque orimur terrâ prægnante, cibosque  
 Sugimus ex illâ, atque est spiritus omnibus unus:  
 At mutat fortuna hominum, varii & successus  
 Eveniunt illis discordi turbine rerum.  
 Exultat vitiis dives, lascivit in auro;  
 Ære at inops mulctatur; subditus angariatur  
 Centonesque parent gladio, sub veste superbit  
 Purpureâ tutus dives, prædo &c. si magnus; egenus  
 Plectitur at furca, trabe pendulus opprobriosa,  
 Vix obuli aut nummi quamvis furunculus atri.  
 Præterit illum lex, lex fæva sed enecat istum,  
 Aut istum Themis excoriat, Themis improba vivum:  
 Scilicet in lento medicato vimine visco  
 Tantum hærent volucres, quibus est statura pusilla,  
 Fringilla & Turdus; quibus est at grandior ala  
 Evadunt; sese picco munimine milvi  
 Expediunt, & vulturii, atque impune vagantur  
 Regni emunctores, natique ad grandia fulta  
 Traducunt impune dies; pauper luit ense:  
 Hic modus, hæc norma est, hodierni hæc fabula mundi:  
 Dispare fera stylo veniet sed curia tandem  
 Sæcula diversâ venient libranda staterâ;  
 Tunc tunc causa inopum vincet, curvique scabello  
 Prensabunt opulentî inopum palmasque, pedesque,  
 Judicio exhibent, condemnatiq[ue] fatiscent,  
 Ibunt inque ignem æternum noctemque profundam;

F

Astra

Astra tenebit inops, & Rusticus ambiet astra  
 Præcedent Dominos servi, Dominæque sequentur  
 Ancillas, miserum vulgus Consulque sequetur.  
 Non patitur florere diù scelera impia Numen  
 Ultor adest, quamvis cunctetur; fulmina tardans  
 Et sua, suspendat nequam mortalibus iactus,  
 Et quæ tarda gradu pœna est ac nixa bacillo  
 Incedit, magis horribilis magis atque severa est.

## SERMO XXIII.

Ut à nimio potu, & conviviis abstineat  
 ad Nobilem Polonuni.

**P**arcito vini acie nimiâ, bolisque; sapit quod  
 Crebrò, crede mihi, egeritur male, concoquiturque,  
 Et stomachi frangunt convivia lauta culinam.  
 Intolerabilius nil toto crapulâ in orbe,  
 Nil fædum magis; hinc morbi nascuntur, anhelæ  
 Hinc febres, crudus glaciali rore catarrhus  
 Procedit, nimiis decoctus pulmo culullis,  
 Accensum pectus, tostum jecur igne, malorum  
 Phlegmatum iners sanies, spumosæ lucta salivæ;  
 Tum ventosa lues, sitiente hydrophysis æstu,  
 Calculus & dirâ proscindens viscera ferrâ.  
 Est hominum pomis venumdata tota propago,  
 Atque gulæ cessit, mundus tenuique mercendâ

Con-

Constitit, & lenti pulmento veniit Esau:  
 Si multos soles, multas numerareque lunas  
 Optas, sobrius esto; herbas simplexque legumen  
 Mande, & Nestoreos vives sic sobrius annos.  
 Plures Ænophoris, convulsis quam maris undis  
 Invenere necem; lautâ sapor interit hora  
 Omnis; succedunt sputi, fœcesque liquefiantur  
 Cærulea exundat bilis; fœdamque mephitin  
 Hesternus ruet Bacchus, vomituque propinquum  
 Languescit stomachus, compressus niole ciborum.  
 Ex here potato cerebrum nigra nubila Baccho  
 Invadunt, caput atque reclini pondere nutat.  
 Cur maria alta flagellantur? cur piscibus amnes  
 Nudantur? peregrinâ cur convivia pernâ  
 Sunt adipata? satis non splendida prandia, mille  
 Ni constent nummis, nisi gemmis extenuatis  
 Pocla superba onerent, atque aurum sorbile potent,  
 Quo implacata gula ascendit? rabiesque vorandi  
 Imperiosa; orbem fera crapula depeculatur  
 Divitias Regni binos Cleopatra Smaragdos  
 Solvit aceto, auram sponsi mercata benignam.  
 Sit nisi crystallo æstivâ glaciatus Jacchus,  
 Haud sapit, & si annos glacialis conterat æstus,  
 Cogitur inque novo, vah! vivere bruma sepulchro.  
 Crede mihi longos vivet non Helluo soles,  
 Non potor, cursum mersus Palinurus in alto  
 Finiet ænophoro, quot! quot! tumulavit Jacchus,

F 2

Quos

Quos olim niveâ spectasset fronte verendos  
Nestoras, & Patriæ coluissest Patria Patres.

## SERMO XXIV.

### Solus homo libertate suâ abusus D E O

Inter cæteras creaturas rebellis,  
& contumax.

**L**ege ratas pridem, stellæ radiante choreâ  
Excubiâs servant; acceptos Cinthia Fratri  
Sponte refert radios; si sol se condit in undas  
Hesperias, cubitumque suâ cum Thetide pergit,  
Decurso quo somnus habet fatis intervallo  
Festinat roseo caput erexisse cubili  
Conspicuum rursus; glaciat nunc viscera terræ  
Trux Boreas, laxant Zephiri modo mollibus alis:  
Nox, lux, bruma, calor, syrius, caper alternatis  
Succedunt vicibus; non fluctibus æquora credas  
Exhausta, ut profugis trudunt sese æstibus extra;  
Post horas redeunt. Solido quæ Conditor orbis  
Ordine fundavit, posito stant limite, parent  
Cuncta creata Deo artifici, nihil & datur audax,  
Quod renuat servile jugum; quæ lege creator  
Edixit placidâ, fiunt, frustraque Tonantis

Tor-

Torseris ingenium, formas operumque suorum:  
 Omnia stant adamante; cito sol circuit orbe  
 Quidquid, divinis pendet de nutibus omne,  
 Continuo & quidquid, durum vel molle jubetur.  
 Jurato facit obsequio. Se subtrahit, unum est  
 Quod stolidâ ambitione, jugo Dominique repugnat  
 Libertas cerebrosa hominis, quæ sæpius obstat  
 Legibus, hâc creti silicis dura indole, cælum  
 Stultitiâ petimus; Divosque lacestimus ipsos;  
 Moribus & nostris Numen metimur olympi.

## SERMO XXV.

### Servire Deo regnare est.

**M**uneribus Divos venerarier, obsequiisque  
 Laudis inexhaustum est fœnus; servilia non hæc  
 Servitia; ingenti dono pia dona rependunt  
 Accumulantque decus superi. Servire Tonanti  
 Est regere Imperio, quidquid complectitur orbis  
 Ingenti spatio, tum quidquid prepete motu  
 Sol peragit stabilis: decora ut sublimia regni  
 Amittit, Trabeasque & regna inglorius, ultro  
 Qui superum Leges cervicibus excutit, hostis  
 Servitum sibi & ipse facit; quam tristis Adamum  
 Sors egit profugum è patriâ, requieque carentem  
 Natorum serie in longâ tolerare labores

Com-

Compulit infandos. Illum Dominumque Patremque  
 Humano Generi, rerum suprema potestas  
 Finixerat, & grato Tempe lœtissima campis  
 Junxerat Edenis; fluviis errantibus hortos  
 Irriguos late; majestas nullaque Adami  
 Jam summo deerat solio venerabilis; una  
 Cum rabies animi indocilis parere Tonanti,  
 Mandatisque subesse sacrис, avertit Adamo  
 Indigno regalem apicem, moxque omnia juri  
 Subdita mortali; detrectavere Patroni  
 Imperium exlegis, mox contempnere scelestum  
 Aversis elementa oculis; cui subditus æther  
 Sponte sua, & tellus produxerat omnia, cuique  
 Ignarum pelagus refluos submiserat æstus;  
 Exilii damnato insultant omnia, donec  
 Antiquæ memorem culpæ, vitæque recentis  
 Numinis ad spreti metanæam pœna reducat.  
 Incautos oculos claudunt queis fausta, recludunt  
 Sæpe adversa; ævum patitur vix prospera; ventis  
 Res humana ruit subito devicta secundis;  
 Casibus adversis melior: fors utraque certis  
 Dicitur exemplis; Deus ut revocarat honorem  
 Et Regnum servis cælestia amantibus astra;  
 Suspiciunt primos fasces elementaque priscas  
 Agnoscunt Trabeas; cernis latialibus arvis  
 Sidere sub calido flumen subtemere lymphas  
 Calcandas homini? puerum dum Maurus avaris

Flu-

Fluctibus abreptum sancto conamine morti  
 Eripuit, latum Benedicti sternitur amnis  
 Pronus ad imperium, contracto gurgite promptis  
 Undaque condensat subito sua tergora plantis  
 Maxima laus servire Deo, qui nostra corona est.

## SERMO XXVI.

Musis diversa placent studia.

**M**USA tubas tumidis non semper fervida buccis  
 Inflat terribiles, acris truculenta Gradi  
 Prælia nec semper canit, Heroumque triumphos;  
 Aut premit Æschyleis scenas innixa cothurnis:  
 Sæpe levem vestit soccum, satyræque soluto  
 Risu, castigat vitium, mores sale nigro  
 Perfricuisse & amat corruptos, sæpe labello  
 Agresti calamos inflans sonat Illa benignas  
 Ruris delicias, nemorumque undæque loquacis  
 Somniferum murmur, Cererem caput atque coronâ  
 Spiceâ adornatam & natum Semeles pressantem  
 Purpureis botros manibus, fructusque feraces  
 Pomonam gremio feliciter expandentem;  
 Najadas & Dryadas & capripedes satyrskos  
 Figentem & jaculis damas, cervosque Dianam,  
 Et chlorim Zephiris pingentem prata reversis  
 Balantumque greges, simum pecus, atque capellas

Pa-

Pascentes per agros cythiso Corydona & Alexin.

Hæc si quis censor studia incusare severus

Tam diversa velit, tam suavia, negligit Illum

Musa, & censorem reputat nimis esse malignum.

## SERMO XXVII.

Hortatur Pizziū ut sua carmina publici juris  
faciat, nec inficitiam saceruli cutet.

**N**on si dente nigro Gens futilis atque malignum  
Vulgus Palladias artes premit, atque aganippe  
Fontis aquas, aut Arcadiæ contempserit umbras;  
Est tamen egregiis metuendum vatibus, antra aut  
Arcadiæ linquenda, novem sacra Templa sororum,  
Et choreæ dulces; o temnant tempora nostra  
Doctilonis afferre decus laurumque Poetis;  
Mascula laus surget sæclis venientibus, atque  
Invidiâ crescat pereunte. Quid? aurea virtus  
Ipsa sibi meritas lucens fert ipsa coronas,  
Miraturque suis sese contenta theatris;  
Nec Magnatum auram curat, vulgusque moratur;  
Murmura Magnatum sic temne, gregisque prophani,  
Nec p'geat versus plectro meliore sonatos  
Jam dudum vulgare, seras, quæ carmina dictat  
Cinthius, oderunt, laudat quæque Arcadicus Grex;

Quæ-

Quæque & amat dio Dantes animare **vigore**  
 Sic vigor innatus clarorum corda **virorum**  
 Ignorat latuisse; suis cohibere cavernis  
 Æthna nec ingenitas flamas; nec dona Deorum  
 Fas est occulier terrâ, tumulare nec æquum est  
 Particulam divinæ auræ, vegetosque feracis  
 Ingenii motus: quum firmat publica jura,  
 Quum paces tutatur, & improba jurgia vellit,  
 Cum vanos fastus, luxus, incestaque furtæ  
 Cyprigenæ scelerosæ aufert; sed digna profundâ  
 Mergi nocte Poetarum lasciva cæterva,  
 Queis cantare licet castus monstrarit Apollo,  
 Dulcisonis molles cytharis efferreque versus,  
 Attamen infandos tollentes laudibus ausus  
 Incautas certant plebes laqueare pudendis  
 Criminibus; hinc nil pavidi qui haurire probrosos  
 Aure supinâ inhiant cantus, mox toxica sorbent,  
 Atque illis pejora, senex queis Thessala mentes  
 Fascinat, aut Medea novas queis Iasonis ulta est  
 Æsonidis tædas; capta istis Tyndaris olim  
 Blanditiis socii fugit consortia lecti,  
 Atridamque suum jugulavit mæcha maritum  
 Clytemnestra furens; etenim quos voce voluptas  
 Noxia blandisonâ fallit, varium in scelus urget,  
 Flagitiis lascivum atris temerareque pectus:  
 Sic incensâ igni Trojâ cinerem inque redactâ,  
 Dulichium, quæ Grajorum vaga turba sequuta est

G

Per

Per longos errores, tot per cœrula, casus  
 Et trepidos, voces Sirenam & pocula Circes  
 Hauſtibus ut duxit, Circi parere coacta est.  
 Mox etiam humanam jussit possuisse figuram  
 Occlusosque fues stabulis grunnire, lutoque  
 Turpe volutari, fœdâ saturareque glande  
 Mutatos ventres: sed Tu, Pizzi inclyte vates,  
 Carmine Dantæo culpas compesce, probosos  
 Obrue Tu vates, ceu progenies Alcmenæ  
 Inclita stipitibus fregit fera monstra superbis;  
 Hæc Te præclarum ornabit venientibus annis  
 Gloria, & æterna crines Tibi Daphnide cinget.

### SERMO XXVIII.

#### AD AMICUM

**J**Am mihi per varios vitæ orbita trita labores  
 Longior, atque jubent Parcæ numerare severæ  
 Lustra novem; nondum si rumpere decreverunt  
 Fila ævi, est breve quod superat; mox illud & horæ  
 Tempus aget curru rapidum fugiente; caput mox  
 Canities circum atque genas prope fœda senectæ  
 Limina me sistet; rogo me quid amice politum  
 Dividit usque novem tibi quod favor Aonidarum  
 Nunc cytharis latiæ poscis sonuisse Camœnæ?  
 Tendere jam fessas renuit Polyhmnia chordas,  
 Nec fas esse putat plectro stridente venustos  
 Commemorare modos, & prudens me rude tutâ  
 Me tandem donare volet, ne si pede pigro  
 Arcadicis pergam senior me inferre choræis

Ex-

Excutiam sacras, merui quas, forte corollas,  
 Deteram & Aonios Phæbi sacra munera lauros;  
 Si per prata gravis saliam, per culmina Pindi  
 Vocalesque specus gressu titubante, simulque  
 Arcadibus risum excutiam, si gutture rauco  
 Occentare velim, cytharam & temerare suavem:  
 Me hinc posthac servare juvat grata ocia; ceu quum  
 Miles post pugnas tolerataque bella quiescit.  
 Sic hærere solet seculo littore puppis  
 Cum Boreis trucibus tumidum quassata per æquor  
 Præcipites iterare timet per cœrula cursus.  
 O! si me placido aspiceret, me lumine Clio  
 Ut prius, annueret modulos & pangere suaves,  
 Et variare omni mansurum tempore carmen;  
 Augeret pietas tua tunc tuaque inclyta virtus  
 Nostræ materiem cytharæ; & dulce foret Te  
 Dignum præclaris atavorum ostendere ceris,  
 Dicereque antiquos mores, & pectora rebus  
 Utque invicta aspris, quæ munera cuncta renident  
 Pegasidum æterno Charitumque imbuta lepore.

## SERMO XXIX.

Verus Poeta verus Philosophus.

**Q**uo nam biga rapit vatem, aut quæ Pieris audax  
 Flectere equos tam multipli dat tramite? nam mox  
 G 2 AE-

Æthera per liquidum, polus impete torqueat orbes  
 Quam rapido disquirere amat; rutilent quam claris  
 Lampadibus nigræ noctes, vaga luna rubentes  
 Ut variet vultus, juvet ut sol, sive benignus  
 Urbes aspiciens, ignitum temperet axem,  
 Sive coquat messes radiis, quibus æstuat Afer:  
 Mox curat quibus abdiderit Rex Æolus antris  
 Nimbisonas ventorum animas, quæ causa sonoris  
 Nubibus excutiat pluvias, aut grandine vites  
 Verberet, atque creans horrenda tonitrua Gentes  
 Terrificet, temnunt quæ Numen; cunctaque cæco  
 Dum fati arbitrio reputant moderarier, atris  
 Se scelerum fœdant maculis; juvat inde jacentes  
 Terrai lustrare sinus; mortalibus ægris  
 Quot bona producat gremio, quot dona feraci  
 Quærerit sollicitus; quot nutriat ubere vasto  
 Diversas turbas animantium multicolorum  
 Quot species fundat volitantum, quantaque floreis  
 Graminibus lateat virtus, seu Pæonis arte  
 Expellunt tremulas ægro de corpore febres,  
 Tabificos pariant seu morbos, Phasias atrox  
 Quales, vel diro Maga carmine Thessalis infert;  
 Et si quid tellus gravidis tegit alma cavernis  
 Promptior invadit; nec formidat Phlegetontis  
 Fontes, nec fætorem atrum, turpesque tenebras,  
 Nec quod sulphurei ejectant cava viscera ayerni;  
 Visere lætus opes immensas, quas fovet imo

In

In gremio; hinc sospes remeans vastum mare sulcat,  
 Nec scyllæ metuit latratum, & naufraga saxa,  
 Nec tristes hyadas, tumidis nec fluctibus austros  
 Luctantes; sed aquosa natent quæ marmore monstra,  
 Æquoreis turmas agitet quot Protheus undis,  
 Diversaque avidis formas simul aspicit esse  
 Piscibus, atque domos, refluos & Thetyos æstus;  
 Et quam terrificis magni maris acta procellis  
 Littora suspectat, mox concitus alite cursu  
 Cuncta notat quæritque, quibus Cyclopes in antris  
 Emollire sciant ferrum; quæ Mulciber arte  
 Atque suâ præstet, clypeum si præparat acri  
 Prognato Thetide, sive armis vestit ahenis  
 Dardanium Æneam, quæ nulla refringere tela  
 Evaleant, solido sive auro purpurei axes  
 Titanis decorat; servente meatibus imis  
 Seu tectis undas torrentes sulphure fundit,  
 Mirificis atque impendens fornacibus, almos  
 Usque ciet succos; studio at quanquam incitus, axem  
 Tam properum varias tendit per ducere partes;  
 Attamen haud per iter trahit hunc sic cæca cupido  
 Ignoti, utquæ Dii immortales oculuerunt,  
 Et mortale genus prohibent novisse, petiscat:  
 Sic quod Caucaseâ religatus rupe Prometheus  
 Supplicium est passus, devitat, Dædalidisque  
 Icari inauditum lapsum, qui dum nimis altas  
 Affectat testigisse plagas & per loca pennis

Ce-

**C**eratis volitat, torrenti fumida ab æstu  
**Æ**quor in infelix cecidit; nec quos jacit æthna  
 Indigenas nimbos, liquefactaque saxa studet sic  
**N**oscere, crateres ut protinus ille rubentes  
**O**ccupet, inque imas pergit subiisse cavernas;  
 Sed damnat facinus vefani Epimenidis audax  
**P**erversum & Plini pectus, qui Numine summo  
 Duci cuncta negans, propriusque Vesuvii acumen  
**C**ernere avens calidum, cinerumque volumina nigra  
 Occidit extinctus flagrantí sulphure, quisquis  
 O quisquis decus ingenii laurosque sequaces  
**A**mbit Palladiâ redimire & tempora fronde,  
 Regnantem sciat esse Deum, crimenque probrosum  
**C**enseat, atque immane nefas recludere velle  
**P**rudens perpetuis quæ Numen condidit umbris.

### SERMO XXX.

#### AD AMICUM

**A**ssiduo medicinarum usu perditum  
 ut deinceps ab iis abstineat.

**A** Ere sub sudo quam mallem, suavis amice,  
 Corpore robusto Te cernere sèpius hortos  
 Visentem & campos scènâ viridante patentes?

Ut-

Utque hilari potius gressu, quam vix pede lento  
 Saltantem medio mallem te cernere Majo!  
 Omnia dum rident, primis dum crinibus arbor  
 Crispatur, dum funduntur sine fæcibus undæ,  
 Crystallum veluti; strepitant dum murmure fontes  
 Blanda lætitiâ hauriri que bibique parati;  
 Dum pleno variata choro, passimque phonasca  
 Sylva sonat, volucrum dum jurgia blanda loquuntur:  
 Morborum sed amice domi Te dira catena  
 Distentum retinet, querulo religatque grabato.  
 Tandem emerge; dabis fors aures plus mihi deinceps  
 Quam Medicis; o pastillos contemne me dentum  
 Non juveni dandos ori, stomachoque litandos.  
 Efficit exquisitus plus coccus, Hyppocrates quam;  
 Crede mihi, nunquam prodest embamma recoctum,  
 Quisquiliae insipidæ, docti fæcesque veneni:  
 Clam enervant, perimuntque favi, mordaceque succo  
 Corporis absunt vires, tuus ille Galenus  
 Nil relevat Juvenes, relevat nihil ipse Machaon:  
 Quid plenis serpente scyphis sophus ille propinat!  
 Juscula qualia? quam mephitim? quamque paludem!  
 Quæ Juvenes annos populetur, pocula nigrâ  
 Aspicis ut spumâ livescant; malo mori quam  
 Has medicum fæces, tetrasque bibisse lacunas  
 Vah! vah! quanta domi, ventrem dum vis subit illa,  
 Seditio est, gliscunt vah quanta & prælia, belli &  
 Materies! expergefactis flatibus alvus

Ut

Ut tonat? atque ut ventriculi lamenta resultant?  
 O quos visceribus tormentum generatus in imis  
 Latratus gemitusque ciet? Tantine salutem  
 Stultus emes & defidiam? mihi crede, diætam  
 Serva, sobrietatis plus tibi proderit ars, quam  
 Hyppocrates, jam conari permitte Juventam;  
 Est faciles domuisse capax superareque morbos.

### SERMO XXXI.

Vicissitudo humana  
 Mortis lege adstricta, Mundi amatoribus  
 expendenda proponitur.

**L**Ex firmis stat scripta adamantibus, omnia mundi  
 Commoda vastavisse tenax, quæ gaudia morte  
 Definita rapit certâ: trudit Genitorem  
 Filius incurvum, rugosam Filia matrem.  
 Nil longum mortale puta, reparante peremptam  
 Progenie stirpem; mera fabula luditur hacce  
 In mundi scænâ; circumstat densa clientum  
 Pompa istum; fortunæ audit dum filius aureæ;  
 Is gladii capulo, Martis tunicâque timendus  
 Plusquam millenis legionibus imperat: iste  
 Pauperiem exul ab orbe fugit; se pane saginat  
 Mucido agri cultor, male fidaque jugera terræ  
 Excolere & validis amat exercere juvencis,

Men-

Mendicas ne ingressa fames crudelis in ædes  
 Relliquis æris populetur; cogimur omnes  
 In parilem foveam, haud audit mors surda Potentes,  
 Non curat scabiosa Inopes; tellusque domusque,  
 Et venus est linquenda; illis deque arboribus, quas  
 Sollicitis nutris manibus, te nulla sequetur  
 Lugubrem ad tumuli scrobem, nisi mæsta cupressuss:  
 Omnia præcipitant cursus, instarque citati  
 Provehimur fluvii; in ventos vanescit imago,  
 Forma hominis fugitiva: dolosi o corporis auceps  
 O si novisses quam criminis esseda præceps?  
 Vestibulo sceleris patrandi effrena voluptas  
 Se fore promittit longam, dum primus inardet  
 Æstus, & arenti ligno prompta ignibus usque  
 Stat natura, trahit fomes flammæ atque paratus  
 Iliicio flamas; sed crimine perpetrato  
 Tempore quam fugitat celeri dulcedo! videri  
 Se se, at non patitur mœcha hæc fugitiva prehendi.  
 Cernis ut Eoo de littore purpureus sol  
 Mane oritur? vix at signata luce cubile  
 Vergit ad Hesperium? rursus & mortua Lampas  
 Lucem exorsa suam ruit obruta funere eodem  
 Oceani tumulata undis? morimur nascentes;  
 Dat tumulum nobis, Genitrix cum sedula cunas  
 Largitur; fatale ævum cito vertitur omnium  
 Conterimurque annis fugientibus; una perennat  
 Virtus; fluviorum sed cætera more feruntur.

H

Mar.

Marmoreum te haud rere virum, tua vita pusilla est,  
 Et vitreā frangi constat mihi crede salivā:  
 Is sibi providus est unus, degitque beate,  
 Cui jactare licet. Vixi; cras sole sereno  
 Aut atro exhalabo animam; mihi quippe perinde est  
 Seriūs aut citius magnum soluisse tributum;  
 Me scio depositum, deberi & denique morti.

## SERMO XXXII.

De sobrio creaturarum usu  
 ac utimo ejusdem fine  
 ut illi convenienter vivens  
 Deo fideliter serviat.

**A** Udi homo, divinæ mira audi o fabrica dextræ  
 Efficte artifici glebā; tibi munera vitæ  
 Sunt concessa Fabro cælesti debita; cernis  
 Quidquid in orbe, tuum est, tellus omnis tibi servit,  
 E pecore, ex avibus vesticigal prodiga pendit.  
 His fruere humanâ usurâ; at cave ne bona perdas,  
 Ut er sed quantum prodest; tibi flumina multo  
 Stant pisce, innumeris stant æqua foeta berillis,  
 Sardonyches tellus gemmarum florida mater  
 Progenerat, tibi vina pluit generosa, suavem  
 Et nutrix haustum, facilem de rupibus undam

Sug-

Suggerit, & vivum vivo de flumine nectar;  
 Pinguescunt auro juga, terraque plena peculi est,  
 Et sale conditæ petræ; undique divite cornu  
 Delitiæ stant accinctæ; tibi ad Emporium nil  
 Deficit, atque voluptatum fluxum; at cave præcipites ne  
 Immergas palmas viscoso glutine; multa  
 Neglige; quæ profund fini sed felige multa;  
 Judicio causas explora, neuter ad omne;  
 Inspice remque tubo velut optico, & aspice finem;  
 Principii bonitas arrepta nocet complexu  
 Præcipiti; lente festina; hoc opus, hic labor, astra  
 Non nisi sudando ascendes; Phlegetontis hiatus  
 Saltibus ingredimur; trahimur quin sæpe coacti:  
 Huc solidis plaustris, totis hic curribus itur;  
 Non nisi guttatum intramus sed cælica Regna.

### SERMO XXXIII.

Perditam nostri sæculi juventutem, pri-  
 mosque annos male impensos tristis  
 senii exitiique Patriæ potissimum  
 causam judicari debere.

**P**Ræcoce plantarum & florarum natura resulget  
 Ingenio; produntque futuram semine vitam  
 In tenero; vix vix dumo Genitore subortus  
 Carduus offendit tactum asper: iam Rosa fragrat

Involucro quamvis cunctans; soboles urticæ  
 Perfida comburit dígitos vix nata; Leones  
 Ungues erudiunt minimi, Milvique pusilli  
 Rostra acuunt. Juvenis præludit scurra senili.  
 Est ætas qualis viridis, senium succedit  
 Tale; Juventutis calidos qui comprimet æstus,  
 Vivet tranquillo cicurata hic sæcula fræno;  
 At quoties illam laxis damus ire lupatis  
 Ignaram fræni, toties mihi crede senectam  
 Instruimus noxis fætam, probrisque feracem,  
 Atque domi formamus hydram; nihil orbe prophano  
 Hinc æquum est; solido nihil est aut foedere tutum;  
 Tota hinc omnigenæ data porta & præmia noxæ;  
 Ad rectum hinc Talpæ sumus, atque ad crimina lynces:  
 Plenæ iris populosæ urbes sunt, totaque Regna,  
 Mars diri sitiens ferri dominatur ubique;  
 Ille crepans tumidis pugnas & prælia buccis  
 Et tepidas spargit cædes; irasque minasque  
 Ignitis spirans oculis, hinc quæ patet orbis  
 In campum prodit cataphractus; mollibus iris  
 Quod primos annos sacraverit: Ætna savillas  
 Eruat vetitas, & fumat Cypris ubique.  
 An quia corruptis creti Genitricis ab ulnis  
 Basiolis permulsi & carnis crimine foti?  
 Hæreſeon passim pestis fædiſſima ferro  
 Confirmare tenax fraudes, & viscera matris  
 Scindere atrox, animos heu cæcos fascinat, atra  
 Tot Regna immergens sub nocte Acherontis avari;

An

An quia fallacem matrem gravidamque veneno  
 Suximus infantes, dolus inde creatus amictu  
 Obvelans se fucatae Religionis?  
 Perdidit antiquam gens omnis simplicitatem  
 Priscus iit candor, sunt fraudibus omnia plena:  
 E sudâ pectus glacie vitreumque videri  
 Olim splendebat, prætentis ferrea clatis  
 Nulla fenestra animum sepibat; sed modo larvis  
 Mens tenebrosa horret; crates disquire dolosas  
 Pectoris, innumeratas hominumque e sindone fraudes:  
 An quia ab arte figurata, an quia vulpe tenellâ  
 Ipsis in cunis violamur, fingimur, illa  
 Cum seris annis adolescit bestia fallax.  
 Nullum æquum est, liquit terras Astrea nocentes;  
 Nil justum est; viduam corruptus munere fugit  
 Judex; venduntur lites, bona disque trahuntur,  
 Torquentur jura, & constant miseri ære clientis  
 An quia adhuc teneris dupli linguâque animoque  
 Annis assueti dubio sub pectore sensim  
 Fovimus astutam vulpem, cumulareque fortem  
 Dumtaxat cupidâ intenti doctique sagina,  
 Illicito usque lucro privatam farsimus arcam?  
 Antiquis stabilita fibris cur crimina regnent  
 Tot modo, deque ipsâ cur & virtute triumphent  
 In causa est Juvenis primus, ver arguo primum,  
 Ergo Juventuti vigilandum; cerea flecti est;  
 Fingenda est docilis proles, moresque sinistri

Tol-

Tollendi; errores Genitor castiget, Agrestis  
 Haud secus oblitus neque cultri aut falcis aduncæ,  
 In primo toleret fluitantem germe frondem,  
 Lascivos plantæ Juvenis fecet ipse capillos;  
 Ipse nihil lacrymâ vitis permotus obortâ  
 Euse racemifugas scindat sapiente labruscas.

## SERMO XXXIV.

Miserabilis hominis recens nati conditio  
 & ortûs ipsius miseria.

**O**RUM qualem homini tribuit natura noverca!  
 Imbelle est frustum cum prodit matris ab alvo,  
 Fungus homo est; Genitrix quam corpora bruta coaglo  
 Creta dat obscæno; quantum impurata cloaca  
 Formandæ proli! quæ spuma impenditur atra!  
 Est homo pigrum animal, socors, implume, merusque  
 Mucus, iners pondus; cunabula blæsa gravamus  
 Inque rudi gremio nudi vincitque jacemus;  
 Non pennata juventa datur, manuumque facultas  
 Non os dentatum, perfecta nec organa mentis;  
 Nilque scientiæ inest cerebro; pigritate lucernâ  
 Exoritur ratio, quam lenta crepuscula tardi In-  
 Tellectus! spatioque moræ longo ingenium hæret,  
 Ipsas nescimus Genitricis sugere mammas;

Par.

Parte suâ primoque ortu mage crede beatas  
 Esse feras, chlamydatae oriuntur pellibus ipsæ  
 Atque pilis obtectæ; Gallina obsita plumis  
 Editur, atque cibi rostellum nacta scientem est,  
 Sunt cancri loricati, cataphractaque Regni  
 Gens liquidi: squammis nascuntur tergore pisces  
 Omnes remigibus, spirisque oritur sinuosa  
 Testudo, in tenerâque molestus pelle sciurus,  
 Pullus equi lascivit agro, pratisque bimestri  
 Ungulâ adhuc; saltu & vitulus petulante, Parenti  
 Agnus & alludit subcrispus epomide; cantant  
 Mox volucres, vocem cicurant, scalamque gubernant  
 Gutturis: unus homo, frustum deformè, talentis  
 His caret, informis partus male vivus ut ursi,  
 Perficit assiduo quem lenta saliva madore;  
 Membra ligata tremunt molli cute, massaq; turpis  
 Semine ab obsceno; cur ergo cornua tollis  
 Cur te bulla levis, cur spuma miserrima vappæ  
 Materiesque putris, sanies & lurida, jactas?

## SERMO XXXV.

Voluptatis cuiusvis ætas cum Iride  
 comparata.

**C**Um se forte polus Phœbo nictante decoris  
 Nubibus obnubit, sensim effluit atque modestis  
 Im-

Imbris, aeriam prægnans tunc parturit Jrim  
 Rerum magna Parens natura, sedensque venustum  
 Insolitæ pingit novitatis sedula pontem:  
 Pollice enim docto suffusas sanguine pulchro  
 Dicit lineolas, & multo murice potam  
 Exarat illacrymans lucem, dein tramite curvo  
 Arcum describit, mille expedit inde colores,  
 Nubefque obscuras pluvio maculataque rore  
 Sanguine cæruleo linit alti jugera cæli,  
 Explicat & viridem pictrix divina Smaragdum  
 Prodigit atque aureum Phæbi jubar: Architecto  
 Fabrica stat nimbo perfecta, suaque recensens  
 Nubibus è mediis cunas mediâque procellâ  
 Multiplici pandit fuco variante Theatrum.  
 Sanguine non tam formoso depingitur Eos,  
 Fimbria cum cæli primo sub mane rosetum  
 Explicat ambrosiâ; nimbo at cessante repente  
 Disparet ille arcus ardens, & fabrica mira  
 Iridis: astrigeris o quam nec in ætheris oris  
 Nil longum viget; ut remanet diù nulla voluptas  
 Vix cunas egressa perit, mutatque colorem,  
 Marcida facta cadit, belle vix eque voluta  
 Fasciolis moribunda horret; per guttura vix est  
 Trajectus cibus, ammittit subito ille saporem,  
 Concitat & stomacho febriens languente tumultum;  
 Vix quoque percepta est chordis crispata sonoris  
 Musica, disperit ecce sonus; sitet aurea Siren

Ni

Ni digit i stamen refricent vocale periti:  
 Effigies vix visa est roseo pulcherrima vultu  
 Quæ placuit, visa & finit; cum ponte relapo  
 Palpebrarum, oculi cessant vigilare; quid ergo  
 Nos sumus heu homines! fallacis nascimur instar  
 Jridis, imbrem inter subitum, subitasque procellas  
 Gignimur, effusis damnamus tempora prima  
 Fletibus, & lacrymis conceditur ampla facultas,  
 Strenua quæ cunctis vitæ comitatur in annis;  
 Pingimur exiguo dein tempore, fulguris atque  
 Impete splendemus; qui vix esse incipit, esse  
 Definit; ergo omnis, fugitiva est bulla, voluptas,  
 Vix inflata vitrum ceu dissilit; ergo jocosi  
 Sectamur cur illecebras & gaudia mundi?

## SERMO XXXVI.

### AD AMICUM

Ut pro præsidio castitatis ab illecebris  
 abstineat, & sensuum custodiam sibi  
 commendatam habeat.

**Q**uisquis amat mentem castam usque in corpore casto  
 Servare, is facili reddat sibi fœdere sensus  
 Morigeros, nitido vultu formâque decorâ  
 Abstineat; blandi Basilicus vulnerat oris,  
 Falso picta ostro Juvenilis forma trucidat:

I

Hic

Hic Rupes persæpe labant, Turreisque superbæ  
 Procumbunt; domuit genium persæpe virilenni  
 Ære licet cretum formoso fœmina vultu.  
 Ne rogo fœmineo facilis ne crede colori;  
 Albescit quidquid, curtâ nive fulgurat, ostrum  
 Interit, & fluxo candardia lilia gypso.  
 Sirenum nodos necit laqueosque venustas,  
 Dulce malum; placidi crudeli funere nictus  
 Scintillant, mulierque nocendi experta supellex,  
 Præsertim tremulis furtim quæ nictat ocellis,  
 Atque genas pingit: multis fuscus color esset  
 Æthiopum, cretis constanter ni cutis atra  
 Uncta venenatis, & lactis flumine lota  
 Cederet, assidue fraudi medicata, dolosè et  
 Nequiter albescens; pene effluit hebdomada omnis  
 Dum mulier comit fese, surgatque polita.  
 Abstineas cantu, plectris quoque; spirat in illis  
 Fœmina, masculineos frangit maga musica fensus:  
 Imperites cæcæ manui, vincitamque catenis  
 Necesse, ruit palpo præceps ruit illa, pudoris  
 Prædatrix, nisi vincla addas; myrto redolente  
 Atque croco abstineas ( unguenta fragrant muliebrè)  
 Abstineas molli perfundere tempora nardo,  
 Roridulos guttis crines, adipataque myrrhis  
 Corpora, ne cures, nec odori balsama succi:  
 Præcipue cohibeto gulam; nocet empta voluptas  
 Tot morbis; perimit gula plus, quam fatifer ensis,  
Nil

Nil profunt Francum fumi, volucrumque sagina,  
 Poculaque Hungarico semper rutilantia Baccho:  
 Sufficiet parcâ sterili tibi mensa culinâ  
 Jejuno tenuata catino, cruda famenti  
 Plurimum acetosâ sapienti tibi brassica fœce.  
 Vive tenax recti, vitæ integer; omnia paucis  
 Dicam: festinas nares in odora coeerce,  
 Aures atque oculos prudens compescito, cautis  
 Et manibus, parcus jucundo atque utere gustu.

## SERMO XXXVII.

### Severini Boctii Constantia.

**H**IC vir; hic est, magnus vir hic ille Boetius altâ  
 Mente, volans mundis excelsior ille supernis;  
 Passibus & magnis violentæ occurrere morti  
 Intrepidus; montes aureos non prætulit ille,  
 Non Regis promissa sui, frontemque benignam,  
 Inter carnificum furias, gladiosque ruinæ  
 Perstigit impavidus, malens & sanguine canos  
 Quam Patriam & Cives scelerato prodere Regi.  
 Olli assistit amicorum numeroſa caterva  
 Mollia dictantum; præſenti serviat horæ,  
 Det docilem ſeſe Regi, Dominoque monenti,  
 Artificique dolo ſibi pectoris ima teneret;

I 2

Ver-

Verba peti, non sensa animi; simul adstitit uxor  
 Chara, movens aries secundis corda querelis,  
 Garrula flumine dulcifluo matrona, recenter  
 Nubila profusis lacrymis; digito indicat olli  
 Degenerem minimè, sexuque in utroque Juventam,  
 Atque orat casti per lecti foedera, perque  
 Natos indole præstantes, servare Parentem  
 Se proli pergit, teneris neque pabula pullis  
 Subtrahat ante horam, ceras ornare vestutas  
 Continuet, procuret opes Regisque favorem,  
 Et seriem stirpis ventura in sæcla propaget  
 Verbis stat blandis contra inviolabilis Heros,  
 Nil facie & lacrymis natorum mollibus iectus;  
 Serius at torvo vultu, procul ito, monenti  
 Inquit, nil cantu efficies malesuada molesto;  
 Absiste o siren, sponsum fuge, sponsa, vocare  
 Prodigia, sum tuus, o conjux, tuus usque at ad aras;  
 Natorum memini, sed me Patriæ quoque Patrem  
 Fortiter inde tuens adstantum examen Amicūm,  
 Auctâ nube supercilii, plus fronte locutus  
 Quam verbis, inquit, procul este, animasque pusillas  
 Obfirmate; Viros sed in alta linquite pace,  
 Necdum desipio, mihi quæ peragenda scio fat  
 Tam cautus vixi hucusque inter prospera, constans  
 Edidici quam adversa pati; dein sorte in utraque  
 Stabo; nil metuens furias Ducis: ista locutus  
 Colla dedit sœvæ simul & ferienda securi.

SER.

# SERMO XXXVIII.

## Brevitas humanæ vitæ ostenditur descriptione floris Indici

**H**ortos mane novo nuper dum visito florem  
Aspiciens, varias agitabam pectore curas:  
Vix sole exorto, & stellas subigente tenellus  
Flos surgit, nodo populosaque germina claudit;  
Mox ubi sol primis surgens magis invalet horis,  
Pandit ovans folia, & tenero fucum exerit ore;  
Exiguo titubans filo, & radice minutâ  
Intremitt ad Zephiri flatus, calicemque repanda  
Fronte, sui compos aperit. Regione remota  
Huc junctim venit, argutis & bombilat alis  
Advena apum examen, repetens hinc pabula melli.  
Robustam at Phœbo luceni jaculante, repente  
Languidus emarcet, nimio & febrit iectus ab æstu;  
Hic typus humanæ, hæc species verissima vitæ;  
Tarde orimus, morimus subito; cuncta interit ætas;  
Estque falus mendax; mors est inopina; frequenter  
Longævos sibi homo promittit credulus annos,  
Jlicet apoplexiâ vel febre necatur.  
Nocte valens leæti subiit qui stragula, mane  
Non surgit, pheretrum lecto, somnum nece jungit.  
Quid fragiles glebæ inflamur? fusi vclut ære;

Qua-

Quare vermium iners saccus sibi sacula spondet?  
 Fungorum haud vita ancipitum est diurna, cadente  
 Sole, cadunt; caro forsitan ænea, nostra? salivæ  
 Quæ citius bullâ dissolvitur? omnia marcent,  
 Debemur Morti; prisco rata funera pacto.  
 Vertice quæ frondet Libani cedrus ambitiosa,  
 Fracta labat senio vulturnos altitonantes  
 Fulminibusque austros rutilantes passa; perempto  
 Stipite commoritur quercus; moles scopulosa  
 Marmoris ipsa, tenax ævi declinat, edendam  
 Se carie & præbet, librataque machina mundi  
 Orbe suo quidquid claudit tandem interit: annis,  
 Est Phœnix saturata, jocus, mera fabula vatum est;  
 Viribus attritis volucris non ista fene&tâ  
 Comportat lignum, nec oleni cynnama thure  
 Non sese cremat, aut pennâ famulante fugaces  
 Emendans annos, alis stridentibus usa,  
 Folle velut tumido paritum suscitat ignem,  
 Non & odoratis cunis renovata, rogoque  
 Exusto volucris juvenescit rursus ab ævo  
 Tantum ignis tenuem jocularis posse favillam est  
 Fabula, communi tumulari cuncta sepulchro  
 Historia est, totus vasta huc scrobe confluet orbis.

SER.

# SERMO XXXIX.

## De miseriis vitæ Aulicæ.

**A**ula ò plena dolis! o plena tumultibus aula!  
 Quot perdis fragili spe nixos! integer isthic  
 Ne nictus nutusque datur; sed subdola vulpes  
 In labiis oculisque sedet: bona verba venenum  
 Exitiale tegunt; dulci natat usque loquelâ  
 Vipera sœva, latet Mars pacis tectus amictû,  
 Temporibusque studens, dum te lædatque, ruatque.  
 Incertis ne crede bonis; non corde profecta  
 Sunt recto: bombo artifici farta omnia verba,  
 Et stibio medicata; Aulæ Gens tota comæda est,  
 Dissimilisque sibi, vultu jam gestit ovante  
 Jam tristi languet: favor est substructus amore  
**A**ncipiti & stomacho Regnantum; gratia Regum est  
 Lubrica, fortuna est fallax; persæpe die vix  
 Perdurat medio, nemo mihi crede benignos  
 Longum est expertus Reges, facilesque Monarchs.  
 Obsequium frustra Regum prensatis & aulas,  
 Pacti in servitium famulas traducere luces;  
 Illuc nemo suâ est tutus virtute; repente  
 Tempestas sorte exoritur variante sinistra.  
 Qui mage sublimi considit culmine, in imum  
 Flatu agitur tenui præceps, regnante scelesto

In.

Invidiæ aucupio; qui nuper ad oscula Regis  
 Charus erat, qui gemmatâ modo torque superbus  
 Et rubrâ incedens trabeâ, cinctusque cohorte  
 Nuper iit densâ, seque omnia posse putabat,  
 Continuo invidiâ jacet expoliatus; inani  
 Ne spumæ confide; vitro fuge credere, vitâ et  
 In tam infelici partem residere beatam.

## SERMO XL.

Omnes corruptæ naturæ motus præcipue  
 Præcipitantiam & violentiam  
 in humana societate  
 fugiendam.

**N**On tot tempestatibus Jonium fervescit,  
 Nec febre tam validâ Pontus defungitur, æstu  
 Mobilis, ut revocat noctis Dea, Luna fluenta,  
 Causa marini æstu; cum qui liquor iverat exul  
 Redditur in veteres jussus remigrare cavernas,  
 Quot primos nutrit motus mens nostra; calori  
 Succenset frigus, calor indignatur at illi.  
 Phlegmate quos lento pigros natura creavit  
 Esse jubet genio tardos plerumque, profundos  
 Rebus & absorptos; sed motus indidit acres  
 Quotquot fomite conflagrant graviore caloris

Hinc

Hinc sunt irrequieti homines actique furore  
 Sanguine queis ætas exultat; copia bilis  
Quem flavæ inflammat duplex, attendat ad iras  
 Præcipites, raptusque citos; sed cui nigra stagnat  
 Pessimus ille equidem est, morboque laborat atroci;  
 Namque promit flammam, quo fortius emicet, atque  
 Fulminibus certis mage sœviat: ira tacens est  
 Vipera dira, antro latitans, nocituraque pejus.  
 Cum dispar natura coit, gerit utraque bellum  
 Ni ratio juvet, in summo discrimine stamus:  
 Bilis perturbata Fera est; emissaque nescit  
Quidnam agat; in geminam properat plerumque ruinam:  
 Iræ ne menti des sceptræ tenenda, lupata  
 Ne permitte iræ, cupias ni perdere Mundum.  
 Quicumque obsistit violentæ motibus iræ  
 Ille sui est victor, Tigres domat atque leones,  
 Innumeros cicuratque hostes; at quisquis in imis  
 Accepit subitam cordis penetralibus iram,  
 Succubuitque jugo, castrorum ultiorque futurus  
 Sanguineo tumulatus agro est; qui percitus ægræ  
 Mentis turbinibus in campum erupit apertum  
 Marte redux turpi, mentis luit ille furores.  
 Exemplum depromo; Clytum interfecerit Heros  
 Scimus, ut Æmathius, violenter cuspide adactâ  
 Per scapulas, at mox lacrymâ suffusus amarâ  
 Jam execratus, violentum exhorruit ensim.  
 Sic cum cædem ignes, effrenis depluit ira

K

Ef-

Effluit in lacrymas, diros post fulminis ictus,  
 Et damnat factum, admisit quod turbidus æstus,  
 Ceu solet ignitis tempestas foeta sagittis,  
 In gelidum residere imbre: quod tempore lucis  
 Ira patrat, votis nocturno tempore crebro  
 Expiat, & factum infectum volet esse furoris  
 Una dies crimen. Princeps non ille, gubernans  
 Qui gladio, sibi commissam mucrone salutem  
 Præcipiti metit, ipse suis volet usque timeri  
 Non at amari, optet; magnis quod Regibus unum est  
 Optandum; quonam ira ruit! quæ procudit enses  
 Semper, & effuso furit impinguata cruento?  
 Regibus una est hæc laus propria, blando ut amori  
 Pectora dent tranquilla, suo populo & dispensent  
 Mitem animam, placidumque benigno culmine Patrem  
 Ostendant; plenas arte hâc discrimine cædes,  
 Atque laborantis mundi persæpe ruinas  
 Impediunt tragicas; felicia Regna; tenet cum  
 Rex bonus, & facilis sceptri sacra jura, furorem  
 Qui nescit, nec præcipitem foyet ense phrenesim.  
 Hæc equidem virtus magna est & Principe digna  
 Afficer, durâ cum affligi subdita clade  
 Regna videt: quacumque malum ratione per urbes  
 Sæviat, & miseros agitent ludibria cives.  
 Ast Regum quisquis crudeli clade virorum  
 Gaudet, & effundit civilem cæde cruentem;  
 Hunc equidem furiæ populis, orbique Tyrannum

O-

Obtrusere Ducem, cui nil præcordia circum  
Virtutis niveæ, neque facta per ardua regnat.

## SERMO XLI.

### AD MELISIPPUM

Quomodo debeat se gerere in aulâ  
ne gratiâ Principis excidat.

**S**Eduli in aula homines oculo, lingua, aure carentes  
Sint nisi, dispereunt, ibi cuncta negotia acutus  
Visa notat censor, Regi ut mox deferat omne;  
Verba periculum adeunt seu clam prolata, palamve:  
Usque time excubias, est perfidus angulus omnis;  
Plurrima in Aulâ Echo est; quidquid profaris in aulâ  
Arbiter id repetit, dein Regi deteget; actum est  
De Regali aura, si verbo læseris uno  
Est tibi lubrica lingua, file aut procul effuge, sceptri  
Ne probra iniqua feri mordacis acumine linguæ,  
Quamvis sub tacito mussaris fornice, quamvis  
Sub putei latebris, quamvis sine Teste jocosa  
Verba, salesque nigros sub dente momorderis imo,  
Proditor erumpet cordis souus, adque Monarcham  
Recta ibit; manibus junctis quæ mutua verba  
Cum socio misces, atque uni obgannis ad aurem  
Illa hodie tota aula sciet vix sole cadente,

K 2

Te

Te vultu torvo atque petet; Rex mane supremo  
 Resciet ante diem, Melisippe, reumque citabit  
 E lecto; Melisippe, cave, laquearibus Aulæ  
 Infidiosa pecus latitat, retroque Tapetes  
 Proditor, undique sunt & saxa & marmora surda,  
 Præterquam in tectis Regum; tabulata ibi multis  
 Pervia fissuris, rimis paries hiat omnis,  
 Ut vaga verba bibat, Regi quæ deinde propinet;  
 Sed nemora atque hortos pariter, Melisippe verere;  
 Plurimum ibi folium est functurum munere linguae,  
 Lilia habent aures, Tulipæque, incautaque verba  
 Servant, dum referant calicem, quæcumque locutus  
 Et referant Domino, veniet dum tempus; aves si  
 Consultasse bono famæ, stabilique decori  
 Vox meditata ibi sit, sit limâ secta severâ,  
 Obvia quæ fese dederint eventa viam per  
 Præterlabere, ceu si Tu minime illa videres,  
 Tergemino fauces munimine claude loquaces,  
 Regis probra tace, quæ scis & supreme scire.

## SERMO XLII.

### AD AMICUM.

**S**Uadebam memini vitares otia doctis  
 Deditus Aonidum studiis neque crine decorus  
 Usque pedem inferres choreis; Puer ille, Cupido  
Ne

Ne te, qui jaculis domat omnia, ludere Nymphas  
 Inter lacteolas gaudentem vulnere cœco  
 Subderet imperiis Dominæ; tibi flebilis unde  
 Jlias angorum præcox foret, effugeres ni  
 Insidias prudens & pabula fœta veneno:  
 At tu fabula de nihilo veluti foret, aure  
 Præteriens surdâ admonitus, Melisippe, fideles  
 Quam cito abis pede præcipiti! nam serica texta  
 Atque onyches nardi, & quæcumque ex æquore Franco,  
 Institor advexit, donas dum prodigus Acmæ,  
 In Tyrio noctes ducis dum pervigil ostro,  
 Ambubajarum collegia dumque frequentas  
 Intortos cyprio conspersus pulvere crines,  
 Atque mero gaudes, mergisque in pocula mentem,  
 Effluxere & opes, & morbis heu vigor artuum  
 Succubuit, sed quod medici eruere ossibus imis  
 Hand valeant, quereris modo tempus amoribus actum,  
 Et serò nimium poscis medicamina morbis;  
 Atqui hoc est vacuum amissō grege claudere septum,

SER-

## SERMO XLIII.

Narratur Anachoretæ Heroicum factum  
ad extinguidam libidinem.

**S**Enserat Jdaliæ fœda irritamina Divæ  
Transfuga mundi, antri custos; venus undique  
que est

Non tantum atque urbes nemorum sed lustra perrerat,

Retibus illigat atque suis; ægre ille jocoſo

Restiterat morbo, quamvis macilentus acerbâ

Esurie, & nocte insomni traduxerit ævum.

Quid mollis Veneris pullus quidve urbicus hospes

Sentiet, antrorum si sentiat ista colonus?

Obtulit usurpandam oculis pulchro ore Puellam

In tenebris olli formarum Morpheus author

Impius, hæc etiam lasciva in luce recurrit,

Effigie atque hærens firmâ referebat amœnâ

Formâ hydram, specie perterritus ille proterva

Respuit, expuit actutum, setisque ligatos

Increpuit rigidis lumbos, cupidosque catenis

Condemnans renes repetito verbere corpus

Afflixit; sed cum nihil hæc medicina valeret,

Terribilis quamquam fræno medicina potenti

Invenit rationem aliam, quâ bestia deinceps

Haud recalcitret; accessit tumulum ad Defunctæ

(Mor.

(Mortua enim fuerat nuper formosa Puella)  
 Semiputremque situ calvam taboque fluentem  
 Detulit ad cellam famosum exinde triumphum  
 Expectans, quoties rediisset cyprius hostis:  
 Temporis haud multum effluxit; passusque molestam  
 Effigiem rursum, formæ illiciumque venustæ  
 Antricola; exclamat, cur hæreo? necto moras cur?  
 Quin caput horriferum monstro huic ostendo petulco?  
 Ut bene sancte pudor Tibi sit, neque jura resolvam  
 Ipse tua! hæc fatus, cranio ex marcente fluentem  
 Allambit saniem, tetram forbetque mephitin,  
 Quod si tam lasciva Venus tibi rideat, addit,  
 Aut tibi propositum in Venerem impurissime solvi,  
 Cum cranio hoc Tibi res est, sordibus imbue sordes  
 Cum sapido hoc tabo Tibi stet condita voluptas,  
 Atque his deliciis, resolutis vermis en quæ  
 Innatat, illa Puella est tam venerabilis, æstu  
 Quæ inflammans pectus jugi Te concremat Æthnâ,  
 Peccandum est cum morte Tibi, cum morte cubandū est;  
 Nube cadaveri; adesam istam Tibi junge Medusam  
 Vermibus, & tabo corrosam. Ista ore locutus  
 Luctator fortis leprâ stagnante saginans  
 Se rursus crani, dente involat occiput, audax  
 Quidquid perpetier quam frangere jura pudoris.

SER.

# SERMO XLIV.

Narrat studiis  
Sæpius Studiosis  
Recreationem concedendani esse  
ad Alanum Jllustr: Juventutis  
Præfectum.

**S**i lætos optas animos largamque Juventam  
Vivacis genii, Pubem sine ludere campis  
Crebrius, Alani, præsertim vere recenti  
Cum florum gentem tellus parit alma tenellam,  
Frugiferis virides & stellas seminat agris:  
In campis præstat Juvenem versarier, altos  
Quam rhonchos iterare domi, vel ducere fila  
Pigra colos inter; præstat pila vapulet horto  
In viridi, quam si ludo petulante nocentes  
Pertractent chartas, vario & lita signa colore:  
Est libris tempus; studiis mora lege statuta est,  
Clepsydra ubi fluxit, studium fac terminet hortus.  
Sic pullos ales Jovis edocet irretorto  
Præstantes vultu; viso ut via sole peracta est  
Progeniem patrio reddit mox provida nido.  
Intensa quidquid curâ studioque laborat  
Alternâ redimbat tempus requiete necesse est;  
Incurvum quoties ponit bos fessus aratum;  
Non rapido effusis sonipes ruit usque lupatis

Sit

Sit quamvis calidusque animis, & cursibus acer,  
 Accepto stabulo ducit sed bellua ronchos:  
 Quin ipse immensi Phœbus lux publica mundi  
 Defessus cursu, ignitos moderatur equorum  
 Quadrupedantum æstus, & flumine placat Jbero.  
 Intentus chordâ vchementi rumpitur arcus,  
 Mobilis & saxum mola mobile sæpe recusat;  
 Inversum pelagus non semper nauta procellis  
 Audaci findit rate; fracta quiete viator  
 Membra fovet; non Vulcanus siculo usque camino  
 Hærens, irato molitur tela Tonanti,  
 Sed ponit piceâ fessos in rupe lacertos;  
 Non semper resonat motis incudibus Æthna  
 In campos torrens aut defluit, est sua tunçæ  
 Incudi requies, Æthnæo est meta camino;  
 Perversum est fateor vinciri deside somno,  
 Amisisse thoro luces, tacitæque propinquum  
 Fornaci hærere; at libris ( volucris velut ovis )  
 Incubuisse cave, solidosque juventa labores  
 Lusu intercede, & doctis læta otia Musis.

L

SER.

L. 3

Cap.

## SERMO XLV.

Pecuniam olim jam munitissimas urbes  
 & ipsam Turrem Danaes ingressam  
 vel ipsius Horatii testimonio  
 lib: 3. Ode 15 comprobatur.

**F**Rustra continuo circumdamus oppida vallo,  
 Claudiimus atque mora murorum; mænia frustra  
 Ponitis o cives turrito fortia saxo;  
 Actum est, turpi auro tenuis si rima patescat  
 In muros, nitido spolio quod perlinat urbis  
 Præfectum; prodest solidi quid cespitis agger?  
 Quadratusque lapis. restagnans fossaque multis  
 Amnibus? inculpata fides ubi desiit esse.  
 Per medias acies, per propugnacula, & arces  
 Ire audax aurum, ipsa sua vel marmora luce  
 Emollire catus, tacito pede perfidiam mox  
 Post se agit occultam; Regina pecunia portas  
 Si transire velit patefactas invenit, olli  
 Nec vigiles obstant, placido illam irrepere calle  
 Atque sinunt; croceo corruptus munere lurco  
 Misenus speculans tubulo haud solito agmina multi  
 Militis inclamat, sed fraude silet sceleratâ  
 Insidias, cives nec proditor advocat urbis  
 Mænibus ut caveant, sic portu atque æquore sedes

Quon-

Quondam Equitum, Rhodus insuperabilis, haud revocanda  
 Præfecti ob spurium lucrum demersa ruinâ  
 Excidit; haud aliter superata Cracovia nuper  
 Converso in pretium Duce; testis Horatius olim  
 Prorita mœnia jam meminit, violataque jura  
 Effractamque fidem pretio; non tramite ad astra  
 Isto itur, non ad solidas sic itur ad oreas  
 Non his divitiis decus, & bona fama paratur,  
 Sanguine mercari famam decet, haud decet ære.

## SERMO XLVI.

### Prodigium Musicæ in Philomela.

Filia Titanis, conjux Tithonia, stellas  
 Pellit ubi, & reduci magnum parat æthera Patri,  
 Mille induta rosas, varioque illusa decore  
 Auricomos citat ad rutilantia fræna jugales;  
 Continuo viridi lecto pennata caterva  
 Alituum surgit trepidas & ventilat alas:  
 Cum sese pectunt volucres gratissima res est,  
 Resque jocosa, lavant cum guttura rayca, screatu  
 Expurgant rocem, vocalia rostra parantque,  
 Primum quid recinunt tacite & præludia mussant;  
 Mox ubi prima dies tenerescit luce venustâ  
 Plena omnes tunc voce canunt, Phæbumque salutant:

L 2

Can-

Cantum acuunt Zephirorum animæ, rivique loquaces,  
 Fluminaque obliquas inter strepitantia ripas;  
 Quæcumque & dicunt animosâ voce volucres  
 Respondeat nemus argutum; Philomela sed arte  
 Vincit aves reliquas volucrum Regina canentum;  
 Hæc vocem varians dat non imitabile carmen:  
 Jam vocem levat, alto audax & tramite surgit;  
 Submissâ jam voce canit, sedet inque profundo;  
 Lentula jam garrit, jam mille volumina vibrat,  
 Gutturis & filum crifpat; modulos modo falsos  
 Artifici creat acta fugâ, iam fraude venustâ  
 Infringit mollitque , fono medioque canorum  
 Delibat consuetâ melos, jam tota canit, cœn  
 Sint duo vel plures, & rostrum proiicit omne,  
 Jam quiddam raucum stridet, mox denuo præceps  
 Emicat, & linguae mille orbibus alta volatum  
 Circinat, involucris & carminis; attonitæstant  
 Circum sylvæ, agri defixis auribus odas  
 Ad dulces; reliqua & volucrum mirata caterva  
 Sirenem nemorum, palmam dat carminis olli.  
 Ah! superi mihi vos, mihi cæli ignoscite vestros  
 Non cupio cantus; nostris satis auribus una hæc  
 Musica, tantum opto hoc, evadam totus ut auris  
 Amittoque lubens reliquos, mihi credite, sensus.

SER-

Cœn-

T

## SERMO XLVII.

De humana peccandi Fragilitate  
juxta illa verba Job. 15.

Et cæli non sunt mundi in conspectu ejus,  
Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, & in  
Angelis suis reperit pravitatem, quanto  
magis qui habitant domos luteas.

**D**A mī hominem, cuius mentem occupet integra virtus,  
Qui constet sibi par, vitio nec conditionem  
Ullo corrumpat, videat quem Phæbus eumdem  
Seu micet Eoā, Hesperiā seu luce, ruenti  
Qui infrastant obiiciat petram imperterritus orbi;  
Lætitiis quem nec subitis damnoſa voluptas  
Illicitæ Veneris, nec fors emasculat anceps;  
Fortunā qui nec rugis caperatus acerbis  
Infremat aduersa. Sapiens cadit ipſe virili  
Sæpius ē ſpeculâ; pellax ut Fœmina, ſcimus,  
Luferit heu! nostri generis caput, atque malorum  
Fons fuerit; molli luxu Salomona ſubegit  
(Quis credat?) colus imbellis; ſpectata Davidem  
Bersabea procul necat: insuperabilis Heros  
Samſon, præcipitatus humi muliebre duello eſt.  
Quot ſtanties Libani procero in vertice cedri

Pro.

Procubuere! genis virtuti inimica dolosis  
 Quot stravit species! humanæ crimina vitæ  
 Quid sequor? ipse Deo rutilis vigilatus ab astris  
 Æther fordescit; Proceres Deus ætheris ipsos  
 Corporis exortes animas vitæque percnes  
 Invenit scelerosa atque impia facta parantes.  
 Perpessus maculas quoque Lucifer ipse, Planetas  
 Detulit in sedem infernam; mirabimur & nos  
 Qui incolimus luteas, foedari sordibus, ædes?

## SERMO XLVIII.

Bona esse plura quam mala  
 Nux, & Quercus.

**N**unc demum veteres olim quæ vera locuti  
 Exerior, numero quæ sunt mala vincere;  
 vel quis  
 Omnia comprehendat quæ sunt adversa? facessat  
 Qui pressum duris animum spe laetat inani  
 Et se felicem media inter vulnera censem.  
 Quo tua cumque modo contendas robora Quercus,  
 Nil nisi quod miserum est toto patieris in orbe.  
 Vidistin Puerum hunc, qui quamquam ascendere ramos  
 Posset & excussâ tantum nuce parcere frondi  
 Non tamen abstinuit nodosis fustibus omnem  
 Præcipitare comam; & puer si audacia tanta est,

*Quid*

Quid si tela ferat in nos quæ viribus ætas  
 Pollet & immani distringit saxa rotatu!  
 Planè equidem jurasse reor mihi funera quidquid  
 Spirat; non pueri, Juvenesve, Virive, Senesve  
 Non matrona pedes gravis, innuptæve Puellæ  
 Otia concedunt; saxo usque miserrima tundor.  
 At vero quo me tuear? natura malignas  
 Ipsa dedit leges; ut quæ molita sub auras  
 Extulit, haud etiam defendere munera possit.  
 Principio teneros gelidissima frigora foetus  
 Excipiunt, noctes duræ, inclemens cæli.  
 Blandius hanc paulo sequitur ver; & tamen ista est  
 Cum primis mihi parte molestum, mite calore  
 Quod non blandidulo est proflus; plane varium autem est,  
 Alterat & dubios sua per vestigia motus.  
 Tum Venus incensis stimulata caloribus ardet  
 Prolificasque jacit furibunda in corpora flamas;  
 Gramine vestitur campus, virgulta resurgunt.  
 Sed quid? nonne etiam cymices, muscasque volantes  
 Aspicis, atque angues, & corpora multa Chelydri?  
 Ulcera quin sese videas, morbosque movere:  
 Sic aliis lucrum, ast aliis ver dama reducit:  
 Æstas succedit veri, sol torridus omnia  
 Obruit, ac sævo pervastat rura calore,  
 Corpora flaccescunt; plerumque est gratus Jaccho  
 Non itidem Cereri nimius calor; insidiis quot  
 Interea petimur miseræ! luctulenta ruit sus

Ter.

Terram convellens, & rostro viscera nudans;  
Quin hæc si vitem, non vitem fulgura cæli;  
 Præcipitant subiguntque comas, vel dira securis  
 Sternit & in faciles grassatur acumine ramos.  
 Autumnus sequitur plenis petulantior ausis,  
 Autumnus febres, & testamenta resignans  
 Quæ mala tunc quæ ferre quidem nos æmula cogit  
 Turba hominum, cum vel fructus vel ligna revellunt,  
 Vel quatit extantes petulantia publica ramos.  
 Hæc misera est nucibus ratio; cum damna receptant  
 Pro officiis, toti prosunt quibus undique mundo  
 Atque inter mensas sunt munera prima secundas.

### Q U E R C U S.

Multa super damno quereris super æthere multa  
 Et super arboribus; suspensam ambage morabor  
 Non ego te, mea Nux; contingunt tristia cælo  
 Multa quidem invito; nec fas tribuisse Tonanti  
 Hæc adversa velis, duro quæ noxia mundo  
 Altius incumbunt; ne quos, rogo, forte dolores  
 Stultitia, aut fallax hominum contentio gignit  
 Ascribas cælo, fatisve impulsa querare  
 Non superi sunt in culpâ, si sus, caper, hædus  
 Te infestent, si te puerorum turba laceffat  
 Decutiatque comas; magna indulgentia Divum  
 Est frigus; quæ tu damnas mala, nec mala crede:  
Quis

Quis neget horrificæ quia sit sua gloria brumæ?  
 Hæc muscas, culicesque necat, cymicesque volantes  
 Hæc bruchos sternit, pñerosque sub atria cogit.  
 Ver terras aperit Zephiris, foliis sylvarum  
 Alta tument, flös erumpit, rapit ubere lymphas  
 Radix: æstivi succedit temporis aura  
 Blandula, grata, recens; post cum se Syrius orbi  
 Infert, incumbit populis tum sœvus, & urit;  
 At vero optatos matura in semina fructus  
 Digerit; humorum latices coquit, & coquit uvas:  
 Spiritus in segetes tacitus meat: hinc autumnus  
 Succedens, coctos jam fructus colligit uvis  
 Sordidus; at quid ego hæc? vicibus sacra tempora certis  
 Humanas inter dispensant munera gentes.  
 Tu vero nimis ingrato baccharis ab ore  
 Decretis concede poli; congesserit & quod  
 Usibus aut natura suis, resve exiget ipsa,  
 Hocce velis iustam tibi dicit æqua, bonumque:  
 Utque etiam exemplo, ne non sis doctior, instem,  
 Aspice quantum homini dederit natura, sed ipsum I  
 Hoc genus assiduos etiam tolerare labores  
 Cogitur, ac variis submittere casibus avum;  
 Quis dubitet magnis cumulatum laudibus esse  
 Ornatumque bonis? etiam si plurima sœpe  
 Excrucient animos, & ludant tristia Regnis;  
 Non igitur superant mala, nux mea cede monenti,  
 Cede Deo, quantumque potes tibi deme que tales.

YM

M

NUX

## N U X

Sed tamen ingratum est, vel sterni corpora, vel sic  
 Denique lassari, toto ut tibi vertice crines  
 Excutier patiare, & fructum a verbere linquas.

## QUERCUS

Haud equidem ingratum est; hoc condita fine viremus,  
 Simus ut humanæ gratissima munera genti.

## N U X

Evenit, ó Quercus, miseris id stirpibus, ut se  
 Nosse minus possint, rerumque intendere causis.  
 Qui sapit, & possit sua prendere commoda, demum  
 Is vere felix & toto est esse beatus.

## SERMO XLIX.

Interdum etiam prodesse minimos:

## CEDRUS, MYRICA.

## CEDRUS

**M**axima semper amo, minima odi, Cedrus; eundem est  
 Quo me celsa velint rerum fastigia duci.

XIIII

M

MY-

M Y R I C A

Novimus ingenii cupidos sublimis honores,  
 Sidereos crines, & odori munera ligni.  
 Quisve ita me à vera labi reputet ratione,  
 Ut contemnendas statuam mihi parvula cedros?  
 Maximaque in vallis humiles cupiam detrudi:  
 Nunquam hæc, crede, meum subiit dementia pectus;  
 Id tantum contendō, Myrica, ipsam capias te,  
 Cedre; etenim nimiis qui turget honoribus; atras  
 Hic vitæ flamas metuat, nihil atque putarit  
 Fidendum lætis, quamquam sint maxima, Regnis.

C E D R U S

Alta eget haud Cedrus parvâ, admonitore, Myricâ  
 Aerios habito montes; me subruat inde  
 Qui potis.

M Y R I C A

- - invidiæ sunt summa obnoxia, prodest  
 Extremis latuisse; humiles non fulmina valles  
 Lassant, aeriis incumbunt montibus Austri,  
 Alta fremunt circum, quæ stat quercus cap te alto  
 Sylvifragos Boreas adversaque sidera speret.

M 2 CE

## CEDRUS

Non ego fabelles has stulta morabor aniles:  
 Quod parvum est metuat; contemnunt fortia Divos  
 Altè nixa sua vî quippe.

## MYRICA

cacumine fagi  
 In præceps aliquando tamen spectaveris ire,  
 Ista standem quis Genius quæ fata revellunt?

## CEDRUS

Quæ sunt firma Deos contemnere fortiter audent;

## MYRICA

Quæ sunt firma Diis sunt firma tuentibus; at si  
 Adverso pugnant, jam non sunt firma, Tonante:  
 Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit:  
 Cur verò cum sis pulcherrima, Cedre, Myricas  
 Despicis? haud raro tibi commoda maxima parvæ  
 Res etiam attulerint; & amica sorte bearint.

## CEDRUS

Quid mihi cum parvis virgultis; quisque sequatur  
 Quam dactus sortem est, velut uno sordecat & alga,  
 Vel

Vel læta huic superas inter coma frondeat auras.  
Nullius indigeo:

### M Y R I C A

cunctas contemnere præ se  
Stirpes, & se se nullius egere putare  
Stultitiæ est; nescis, video, pulcherrima Cedre  
Fabellam, exiguis statuit quæ rebus honorem.  
Mus captus cervo, hâc elatum voce ferumque  
Aggreditur; ne me calcaveris inclyte Cerve  
Exiguum atque imbelle pécus; pietatis & hujus  
Officii memorem sic servent Numina Murem.  
Ille indignanti similis calcare jacentem  
Contempsit, vivas, retulitque misercule; honestum **est**  
Parcere subiectis & debellare superbos  
Post aliquot soles venator retibus acrem  
Involvit Cervum; nodis coeuntibus hærent  
Cornua celsa plagas inter; stat fune gemiscens  
Vinctus; huic ergo allapsus tali ore parentem  
Mus pulsat, dubiisque horrorem vocibus auget.  
Sic ne etiam grandem constringunt retia Cervum!  
Agnoscit Cervus Murem, atque ait; o mihi si quod  
Nunc etiam auxilium attuleris! misero mihi nunc mois  
Ante fores atque ante pedes versatur; at ille  
Arrodens casses, subito Cervum explicat, ævo  
Consulit alterius, vitæque pericula demit;  
Et servatorem Cervum versâ vice servat.

Par.

Parva juvant; Diique alta premunt, ut justa coronent.  
 Denique quis molli comprehendere carmine possit  
 Præsidii quantum parvis sibi rebus & usus  
 Corpora magna legunt. nihil est jactare potentis  
 Fortunæ cumulos. Parvorum maxima damno  
 Quot percunt! morsu spacious vipera Taurum  
 Occidit, sceptro quid Rex elatus & orbis  
 Imperio dives, si destituatur honore,  
 Obsequiique bono, tandem perfecerit? hæc est  
 Majestas, si sint, qui, quæ sunt jussa, sequantur.  
 Teque adeo si quid sapias patiare minores  
 Tecum esse, & tecum communi vescier aurâ:  
 Imperio quisquis potitur, fascesque gubernat  
 Si non & populis animo fecisse benigne est,  
 Admittatque suos foveatque feratque minores,  
 Sc probat imperio indignum tituloque superbo

### C E D R U S.

Tu sanè exemplis tu rerum mole retundis,  
 Si quæ pectoribus crescit mihi cura sinistris;  
 Non ego te posthac contempsero; vive Myrica  
 Lustra secunda, feris, & pande volucribus umbras;  
 Nil nisi quod cunctis prodest sequar ipsa deinceps.

SER.

## SERMO L.

Nihil adulatore ac simulatore noxius.

**D**ii quantum noxæ quantumque in funera cladis  
 Fœdus adulator, cui circum plurima mentem  
 Versatur dubiis simulatio tecta latebris  
 Intulerit? quid non scelerum tristisque ruinæ  
 Teter alit? Mavors belli Deus, obiicit atræ  
 Corpora multa neci; Bacchus sternit quoque multa;  
 Plurima mersa jacent vasto quoque corpora ponto.  
 Denique multiplies immittit Gentibus iras  
 Nonunquam Deus, & vario premit alta furore;  
 Ast damni nihil ista quidem dat turba, molesto  
 Si Simulatori placeat conferre; quod omnem  
 Vicerit hic pestem & superet feritate venena.  
 Suave malum hoc, dulcisque lues, ubi mortis acerbæ  
 Funera, quam morbum prius experiare necesse est.  
 Anchora flagitiis tutissima, Regibus alta  
 Pernicies, qua summa labant, rectumque fatiscit.  
 Nam qui assentari didicit, struit omnibus unum  
 Exitium; primi pereunt, quos esse decret  
 Illæsos, fatoque auctos meliore potiri;  
 Sternuntur passim reliqui, pelluntur, aguntur  
 Atque indignantes horrescunt Principis iras.  
 Hoc aulis commune malum; certissima pestis  
 Oppressura bonos, veniamque datura malignis.

Er.

Ergo ut adulator peragat sua commoda fictis  
 Laudibus exornat summorum pectora Regum,  
 Factaque miratur quamvis deterrima molle  
 Sermones oleum spirant, sed spicula blandâ  
 Sub feritate regunt, jaculisque onerantur acutis;  
 Tum vero sese multorum ad vota, dolosque  
 Commodat, ac dictis subscriptis inanibus; alba  
 Nigrat, & è nigris producit blandulus alba;  
 Si laudas, laudat, properas si, cursibus instat  
 Lentius incedas, testudine tardius ibit  
 Quod si bella probes, lituosque, & classica fingit  
 Si studeas paci, jam sunt venabula damno;  
 Vicisti Lepores, memorat stravisse Leones;  
 Si cadis, actutum subverso corpore languet.  
 Elisopho similis, qui cum de cruce Philippus  
 Forte laboraret, claudum se fingere scivit.  
 Denique quidquid agis, seu dannes vera, probes seu  
 Falsa, cuius semper ficto simulator honore.  
 Militat, ac blande subtendit guttura dictis,  
 Percutit hic palpo, lusu instillatque venena;  
 Formosus tantum aspergi, qui funera molli  
 Certa parat risu, mortemque in laude relinquit.

SER-

## SERMO LI.

Secreta stultos prodere  
**NOCTUA, PICA.**

**N O C T U A**

**N**Ovimus ista tuæ quæ sit petulantia linguæ  
 Pica loquax; quando vulgare procaciter ore  
 Quæ reticenda forent cessabis garrula Pica?

**P I C A**

Quid tibi per superos, & averni limina Regni  
 Noctua, quid tandem naso tibi quæris adunco,  
 Quidve proterva petis; morem mihi, Noctua linquas  
 Quem sequor, & nostris faveas, stupidissima verbis.

**N O C T U A**

Haud male te vario pinxit natura colore  
 Hæc te forma decet, quæ Prothea moribus æquas,  
 Insidiisque vales: seu captes plurima, seu quæ  
 Sunt commissa, levi prodis secreta labello.  
 Garrulitas e quidem toti tua cognita mundo  
 Haud dubiam multis diversa per oppida cladem  
 Intulit, hæc etiam te invisam fama colonis

**N****Jam**

Jam pridem dedit, & totis te te urbibus arcet

### P I C A

At quid delicias magnorum & blanda virorum  
 Acta putas? equidem his volupe est garritibus ora  
 Præbere, & nostris adverterere saltibus aures.

### N O C T U A

Et magnis volupe est consuescere, dummodò magnos  
 Quos vocitas, etiam sapientes dicere possis:  
 Iratus nec enim quicquam dat Juppiter orbi  
 Deterius, celsos quam cum quis adeptus honores  
 Magnificis etiam titulis excellit & alto  
 Eminet Imperio, cuius tamen æqua sagaci  
 Mens caret ingenio; nec habet sapientia laudem  
 Anne aliquid majus Regum diademate? at illud  
 Si levitas, scelerum si dira licentia vile  
 Arguat, anne putas miseris tum gentibus esse  
 Obtrusam irato pestem Jove, Numina cuius  
 Læsa deceat, fæda populorum clade piari?  
 Sed vincit quodcumque malum, quoscumque furores  
 Quæ secreta sient patulas proferre sub auras;  
 Omnia victor agit rerum momenta, labello  
 Qui potis est fido, quæ sunt commissa tueri.  
 Hunc Divi, hunc homines, hunc pacta, fidesque coronant;

Cum-

Cumque ea virtutum sit maxima: prorsus inceptos  
 Stultitiaeque notis cumulatos dicere possis  
 Quos juvat insano secreta recludere dicto.  
 Nec tamen & fieri nequeat; quin multa loquendo  
 Multa etiam prodas; potes hinc exosa videri  
 Pica; hinc te fugiunt Aquilæ, pictique Palumbes,  
 Te spernunt, Cycni, teque aversantur Alaudæ;  
 Te hinc fugito, averso damnans tua facta volatu.

## P I C A

Quid moror invisiæ si displicuisse Minervæ  
 Libera lingua queat; Bromio placuisse satis mi.  
 Hunc oblique Deum; rerum secretaque discit  
 Moribus ex nostris; mediis sic libera campis  
 Luxurians gratas inter feror alta volucres;  
 Invisam vero te damnant lumina, damnat  
 Alituum genus, & toto disspellit olymbo.

## NOCTUA

Res equidem foeda est incompta licentia linguæ,  
 Quæ male consutum meliori crimen inurit.  
 Non ego me gratæ, quod sim mala, subtrahè luci;  
 Garrula sed cum sis, atque improba vocibus, & te  
 Cætera turba levi strepitantem more sequatur,  
 Jccirco abstrusis abscondor tuta cavernis  
 Et te devito quod nil nisi jurgia noris;

N 2

Ac-

Accendasque alias in mutua damna volucres.  
Garrulitas infame malum, quo foedera solvi,  
Quo violari urbes, quo tolli jura necesse est.

### P I C A

Tu tibi quod libeat sapias: ego præmia vitæ  
Hæc mihi summa putem, si te contemnere possim.

### N O C T U A

Ut me contemnas æquum est; quæ prorsus & ipsa  
Te fugio, quantumque licet tua perfida vito  
Pectora; Diū falsis quæ sunt sua præmia reddant;  
Nil homini melius totive decentius orbi  
Aut superos dare posse Deos, aut pectora posse  
Concipere: ingenua quam si quis mente tueri  
Quæ commissa sient, reticereque tradita possit.

### SERMO LII.

Florere Musas Præmiis.

Gracculus & Philomela.

Gracculus.

**P**Er pigram tacuisse hyemem Te non Philomela  
Miror; sed quare Tusic taciturna, viget dum  
Pri-

Prima estas, modulosque coerces , haud queo, multum  
 Quin mirer; virides inter corylos strepitare  
 Nonne Cicadam audi s? Sturni recinunt, Fulicæque;  
 Ipse ego circum agros istos salices & amaras  
 Versor, & eximiis concentibus agricolarum  
 Ecce oblecto aures, & capripedum Faunorum.

### P H I L O M E L A

Egregiam vero & memorandam laude volucrem,  
 Quæ hos agros inter, salices atque inter amaras  
 Agricolorum aures oblectet voce canora;  
 Scilicet ista tui jam pridem carminis altè  
 Fama volat; supraque nivosi culmina Pindi

### G R A C C U L U S

Quid tamen o Philomela taces? poterat Te equidem anni  
 Tempus flectere; prata virent; cantu volucres nunc  
 Insurgunt; nunc formosissima cuncta; subit nunc  
 Cuncta calor, calor æthereus, Phœbo jaciuntur  
 Nunc nova semina plaudenti; ipse equidem licet arte  
 Cantandi celebris; tamen hand sperno Philomelæ  
 Guttura, nec designamur nos Te modulantem.

### P H I L O M E L A

Certe equidem laus est nequaquam extrema probari  
 Cornicum turbis; possedit Gracculus urbes

De-

Delictiasque hominum sese profitetur & omnes  
 Alitibus leges impuraque vincula condit:  
 Præmia non nobis sunt amplius ulla; coronæ  
 Et ferta & choreæ & quæcumque tripudia languent.  
 Vocibus haud igitur recreamus prata; fatiscunt  
 Carmina, eum meritæ spoliantur laude camæna.

### G R A C C U L U S.

Præmia quid vero narras toties Philomela hæc?  
 Sertaque quid suspensa negari conquereris? Dii  
 Guttura Dii perdant tua, Te & videant lacrumanem  
 Usque; quod infesto strepitu Tu garrula cum sis,  
 Et fessis somnum rumpas; tamen ornamenta  
 Poscis; sæpe ego cornices, Picas, Fulicasque  
 Audivi cantillantes; sibi nec tamen ista  
 Præmia turba reposcebat; jugi ipse ego cantu  
 Hos solor campos, & noctis signo crepusclum,  
 Vel Phæbi exortus miros; mihi non tamen ulla  
 Præmia deposco; Coccyx en iste etiam ales  
 Festivus lucro ne inhies potis est monuisse;  
 Hic lepido clamore canit, miris nemora odis  
 Hic replet, agrestes docet, ostendens subigendam  
 Tempore quo segetem, tamen istum præteriisse  
 Agrestes sine honore vides; & bubo sonos cit  
 Ferales, strygesque queruntur; quid tamen isti  
 Lucrantur? quæ præmia, cernis, distribui illis?  
 Aut tibi quem pariant fructum plausus, choreæque

Ser.

Sertaque? res hominum ista juvet stultissima corda.  
 Delicias Philomela equidem semper reputavi  
 Esse mihi summas, si forte cadaver in agris  
 Inveniam, aut pia viscera mortu*s* dilacerem; istis  
 Delector mensis hæc sector præmia; at istos  
 Invisos odi plausus hæc respuo ferta.

### PHILOMELA

Ut mens cuique dolo, sudversaque fraude redundat  
 Sic loquitur; pudeat bene velle egisse videri,  
 Tam male cum facias; Te Coccyx, subdola Cornix  
 Et te Pica beet; Fulicis capiare marinis;  
 Et satient avidum tibi sparsa cadavera ventrem.  
 Dii meliora bonis; nec enim te iudice vitam  
 Ducimus, aut tali paret Philomela magistro;  
 Non res arbitriis hominum producta putentur  
 Præmia; Dii cælum qui celsa & sidera torquent  
 Virtuti pretium primi statuere, nec istud  
 Tu ingenio factum assequeris; quia præmia cordi  
 Sunt tibi nulla; alio productus fine videris,  
 Quam qui virtutes, & candida facta sequare.  
 Juppiter at Mūtas & honestæ præmia vitæ  
 Excitat; hic etiam decernit præmia recte  
 Factis, & cælo veniunt sacra lucra parente;  
 Gracculus, & Coccyx, & Corvus, & improba Cornix  
 Ad pænas sata monstra sient; adque omina dira

Pra-

Præmia non igitur, quæ non contingere possis  
 Invideas aliis; res est contraria cælo  
 Invidia, ac studiis alienam rodere laudem;  
 Major ut ingenio quisque est, & pectora factis  
 Nobiliora gerit, veroque adspirat honori:  
 Hoc mage se superis, & honesta laude moveri  
 Sustinet, ac rectâ sequitur sua præmia mente.  
 Gloria virtuti decus est ; a laude Thalia  
 Crescit, & æthereas confirmant præmia Musas.  
 Hæc ego justa peto; quia quid sunt præmia nosco.  
 Ac si rura negant, jam cedam spreta; canendi  
 Officio has humiles recrearit Gracculus urbes;  
 Hunc siquidem in pretio tantum jam cernimus; istas  
 Sors equidem malefida vices, hæc dura pacisci  
 Jura solet, magnis urgeri Maxima fatis,  
 Et plerumque bonos quæ sunt adversa morari.  
 Forsitan at tempus veniet quo rursus in auras  
 Provehar, ac modulis dentur nova præmia nostris;  
 Quæ mihi justa modo hæc si evertant rura, silendo  
 Præteream, donec felici purior aura  
 Discussisque adeo tenebris perrumpat, & æquas  
 Phœbus Apollo vias virtutum in culmina pandat.  
 Interæ agricolas oblectet Gracculus iste.  
 Me loca munda juvant, & præmia justa canentem  
 Quæ retinent, sacrosque ferant in carmina motus,  
 Subque imas condunt aliquid mihi dulce medullas:  
 Ingrato cecinisse gregi ingratissima res est.

GRAC.

## GRACCULUS

Gracculus ipse licet sim dici percipio ista  
 Molliter; o! vellem faveat si æquata mihi sors,  
 Flumine persimili quoque nostros defluere hymnos,  
 Et sapere hanc dulcem venam, dederunt tibi quam Dii.  
 At tibi debita præmia qui det post, aliquem vix  
 Invenies Philomela; jacent Musæ, fidibusque  
 Gracculus assuevit, sacris; funesta canit stryx,  
 Buboque, & accipitri vilesunt clara superbo.

## PHILOMELA

Novimus effrenes animos, sobolemque superbi  
 Accipitris, quantumque mali succrescit in ævum  
 Jam pridem solidâ perspeximus undique mente;  
 Nec tamen idcirco nos despondere videbis  
 Egregios animi motus. Deus, ipse salutem  
 Vatibus educet, Musasque beabit olympos.  
 Et nunc concentu quamvis turba effera nostro  
 Nec quicquam afficitur: Cornixque exasperet iras,  
 Gracculus excipiat sannis, me garula voce  
 Pica premat, me Bubo truci fastidiat ore;  
 Non tamen & cunctæ volucres mea guttura culpant,  
 Quin aliquo certe nos consecrantur honore,  
 Advertuntque ambas Philomelæ cantibus aures:  
 Vidi ego soepe Aquilam totos in carmina sensus  
 Partiri; hunc juxta soboles tutela Deorum

O

Se-

Depositis curis studioque excita quievit  
 Demirata Patrem, cui cum mea tibia cordi  
 Esset, & arresto perstaret ad omnia vultu  
 Ipse etiam Gnatus, tum vita tenella, probavit  
 Subsaliens plausu: Generosi pectoris esse  
 Quis neget ætheriis decerni præmia Musis?

### SERMO LIII.

Animo non Sexu Imperia gubernari  
 Laudatur sexus Fæmineus ejusq; præcipuū  
 Decus, Diva Augusta

MARIA THERESIA Imperatrix.  
 Ferula. Cupressus.

### FERULA.

**T**E soror admiror, quæ cum Tibi sola ministret  
 Fœmina, sublimis tamen alta cacumina pandas  
 Luxuriesque comis, foliumque attollere possis  
 Celsior & latis sint grata cacumina ramis;  
 Nostra virūm manibus quamvis curentur, & arte  
 Pignora, difficiili crescunt tamen edita partu,  
 Et nimium segni veniunt mihi stipite gemmæ.

CU-

## C U P R E S S U S.

Haud mirere: equidem Divis authoribus has nunc  
 Fœmina solertes exercet pectore curas  
 Ut nos consilio ac animi virtute per omnes  
 Excitet articulos, rerumque in culmina firmet.  
 Vir tuus ille horti Custos, quia seignior usque  
 Incubat, officio, raroque accedit, & atram  
 Deterius curat jam mersam uligine terram,  
 Vel Ferulæ inducit gelidissima frigora mortem  
 Vel certe sternit ventura pericula morti:  
 Qui minus ingenuo quæ sunt commissa labore  
 Curat, & ignavâ tractat sua commoda lance,  
 Is rerum formas, & celsa cacumina fato  
 Obiicit extremo, neglectaque robora perdit.  
 Eximum toti quiddam est Industria mundo.

## F E R U L A

Parce Soror, decet hæc rigidos Industria tantum  
 Prima viros, purgare solum, subducere glebis  
 Noxia, & in totos immittere commoda sulcos  
 Interea colat obscuros ignava penates  
 Fœmina, nec quicquam, Pueros nisi norit alendos,  
 Et garrire sonis, & spargere jurgia dicto.

O 2 CU.

## C U P R E S S U S

Hæc equidem vetus est multorum injuria Sexum  
 Carpere fœmineum levibusque incessere sannis,  
 Prorsus inutilibus ceu natum rebus haberit;  
 Cum tamen ipsi etiam qui magno sapere boatu  
 Hoc agitant, crebris experti fructibus essent,  
 Plurima fœmineæ diffundi commoda dextræ,  
 Sive ea rura colat, populos seu cauta gubernet.

## F E R U L A

Ergo Cupresse Tibi persuasum subdola credam  
 Fœmineis etiam florere negotia dextris,  
 Et genere hoc ullum subnascier utile posse  
 Carduus id credat, credant Lappæ, & Paliuri,  
 Non ego fœmineis nil posse laboribus inter  
 Mortales peragi; sustentat si ulla viros vix  
 Gloria, quid sese jactarit Fœmina? amori  
 Fors addat stimulos, Venerique assuerit; at arma  
 Tractare aut operam Regnis dare; ut omnia justo  
 Integra sint fructu, pacemque palatia servent,  
 Hanc ne posse putes.

## C U P R E S S U S

Cumulas opprobria miscens  
 Multa quidem, genus exagitas scelerata loquelis  
 Fœmineum multis; conceptam despue bilem

Et

Et propriis quæ vera vide, succedere sexum  
 Fœmineum imperiis, si, recta & justa sequatur  
 Quid vetat, aut bonitate animi, vel pectore præstet?  
 An tibi quæso tuas pervenit nulla sub aures  
 Fama Semiramidos, primum quæ dicitur altam  
 Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem  
 Duxit, & Euphratem medium quâ condidit arces?  
 Fæmina nonne fuit? fuit unica fœmina, cuius  
 Consiliis patrio res gesta est maxima Regno.  
 Quid Pandioniae memorem genus Orythiyæ  
 Lampedamve domi claram studiisque vacantem  
 Cum foror Armenos populatur, & omnia circum  
 Regna domat, spoliisque furit Marpesia raptis?  
 Quid referam Hyppolytam? Trojani tempore belli  
 Penthesilæa fuit, toti tum cognita mundo,  
 Nunc nomen clarum supereft, quod durat Achilli  
 Coniunctum, magnisque inter stat fama Poetas.  
 Aut quis Zenobiani, certataque prælia nescit  
 Persarumque Duces: altum quibus Jlla Monarchis  
 Imposuit Regina jugum: cum pectore forti  
 Consiliisque simul rectis præstaret, & omnes  
 Impleret vario bellorum fulmine gentes?  
 At quorsum antiquæ consecutor imaginis umbras?  
 Austriadum populos & Cæsaris aspice Regna  
 Imperii nunc cerne Status, quo Principe, quali  
 Nunc dextrâ, & quantâ demum virtute regantur.  
 Qualiter astrifero rutilant nova sidera cælo

Cum

Cum vicina Jovi patrios Venus aurea currus  
 Suscipit & blando stellarum cardine regnat;  
 Austria non aliter rerum ditissima sacros  
 Jam late titulos & regna nintentia pandit,  
**THERESÆ** postquam cœpit diadematæ lætos  
 Ferre sub astra dies, pacemque inducere regnisti  
 Si & fors in præceps Ister, retroque feratur  
 Et sua perfractis desiccat fluminâ ripis,  
 Non tamen & virtus **THERESÆ** amplissima Magnæ,  
 Aut decus induci rerum caligine possit.  
 Sed quorsum feror? eventu jam denique late  
 Constat, fœmineis etiam virtutibus orbem  
 Florere, & meritas in facta existere laudes.  
 Ergo haud fœmineum damnaveris improba sexum.

### F E R U L A

Nescio qui vulgo tamen id plerumque feratur  
 Non ita solertes in magna negotia cœtus  
 Vivere fœmineos: nihil & committier Illis  
 Posse, quod eximia perfectum laude celebres.

### C U P R E S S U S

Te miseram, cui sic stolidi vesania vulgi  
 Imposuit, pudeat tantis te erroribus actam,  
 Et procul a vero deceptos flectere sensus,  
 Qui vulgo servit, lapsus animis inducit

Man.

Mancipium veluti, variisque laboribus errat,  
 Qui potis affectus dubiaque volumina linguae  
 Sic regere, ut sancto consentiat undique recto,  
 Hic sapit, hic ille est meritâ qui laude vehatur.

## SERMO LIV.

De Miseriâ vitæ humanæ  
 capta hinc occasione luget mortem Patrui  
 sui Francisci Cardinalis DURINI  
 Archiep: Ticinensis.

**T**Urbidius nihil est, nihil irrequietius hâcce  
 Est hominum vitâ, & studiis nil durius, & nil  
 Stultius; o miserâ sub conditione creati  
 Mortales cupidi! quos & præsentia torquent,  
 Præterita excruciant, pavidisque futura timorem.  
 Incutiunt: vera hâc mage sunt quam dicta Sibyllæ,  
 Quam Divûm sortes, quam stamina fixa Sororum.  
 Esse ita comperiet, si quis benè ruminat acri  
 Judicio vitæ cursum, quem liquerit, aetæ  
 Quis tenor instantis? quem totum viderit unquam  
 Transieritque diem placidâ sub pace quietum?  
 Quodnam mane fuit tam clarum, tamque serenum  
 Ut non ante diem quam immergit cuncta nigrans nox  
 Sollicitudo, labor damnum, jactura, periculum

Mul-

Multiplices tulerint curas; & mille dolores.  
 Manc heré surrexi latus, Musasque ciebam  
 Carmina mi linenda cedro & servanda Cupressu  
 Dictarent; subito cum affertur nuncius, cheu!  
 Nuncius horribilis, lucem clausisse supremam  
 Mi magis atque anima atque oculis Patrum dilectum:  
 Obstupui steteruntque comæ, & vox saucibus hæsit  
 Inclusitque dolor gemitus, lacrymasque voravit.  
 At via ubi tandem voci laxata dolore est  
 Talia cum gemitu effudi; ergo ego Patrum posthac  
 Patrum Purpurei decus immortale Senatus,  
 Custodem nostræ, formatoremque Juventæ  
 Te nunquam aspiciam; nunquam oscula porgere dextræ  
 Mi dabitur, verasque audire & reddere voces!  
 Crudeles superi, crudelia sidera; sed quid  
 Stultus ego hæc? jacioque in Numina libera verba?  
 Frustra ergo attigero libros, & sancta Platonis  
 Dogmata, nequaquam præcepta salubria Christi?  
 Scilicet hunc vitæ cursum statuit Deus, ut cum  
 Certis quisque suis spatiis descripserit orbem  
 Solvat in extremo naturæ debita fini  
 Debemur morti nos nostraque: cuncta rapit mors  
 Et sine delectu puerique, virisque, senesque  
 Intereunt, moriturque immensa potentia Regum:  
 Sed neque mors aut est, aut debuit illa videri  
 Quam melior posthac æternaque vita sequatur;  
 Nec gravis hospitii mutatio, cum loca putri

Hæc

-IuM-

Hæc congesta luto claris mutentur olympi  
 Sedibus, & magno ponas vestigia cælo.  
 Mortuus haud Patruus tuus, Angele; ad astra recessit;  
 Quæ bene perpetuo traductæ clausula vitæ  
 Hunc Tibi mærorem ex animo detergere debet  
 Omnino, tristemque in gaudia vertere luctum.  
 Tu Christi miles medicinam a tempore poscas  
 Et miser expectes, stultorum more quoisque  
 Tandem longa dies tibi sera oblivia portet?  
 Quin ratione magis tantum sedare dolorem  
 Atque decet lente gradiens prævertere tempus:  
 Hoc decus, hoc ratio suadet fidissima mentis  
 Custos, hoc Patruus, posset si farier, ipse.

## SERMO LV.

### Stultitiæ Triumphus

**I**Ngressus rationis iter, multumque vagatus  
 Sub mentis speculo, vidi quam maximus error  
 Falleret humanum vulgus, quantum irrita sit spes,  
 Quam vanæ sint curæ hominum, tormenta, labores  
 Et nihil esse aliud vitam hanc præter vaga cæcæ  
 Ludicra Stultitiæ risu cantanda soluto.  
 Stultitia abste ergo nunc nunc expostulo supplex,  
 Gratia si qua Tibi fæcundo ex ubere nostrum  
 Depluat in pectus, mecum tua grandia gesta

P

Et

Et Lymphata canas, immensi & roboris ausus.  
 Scis etenim, quantum fatua est humana facultas,  
 Quodque opus omne suum stultum est, & fabula vana;  
 Omnia nam penetras; tua magna potentia regnat  
 Et subter curva hac mundi testudine nil fit  
 Ni fueris consulta prius ceu Juppiter Ammon.  
 Te Duce quisque trahit vitam sub pectore læto  
 Et sua cuique placent; pariter nec pænitet ullum  
 Stemmatis, ingeniique sui, Patriæque, locique,  
 Sed se felicem, generosum, seque beatum  
 Et Regem & solum sapientem se pütat esse.  
 Stultitia est homines secundâ partita bimembri.  
 Selegit quosdam, dextro quos provida cornu  
 Heroas veluti delectos instruat, hosque  
 Præcipue caros habeat teneatque fideles;  
 Hi sunt ingenui stulti, qui sponte fatentur  
 Esse suos, stulti existunt, stultosque videri  
 Ac esse exoptant; nec adest sapientis in illis  
 Unciola aut obulus, sed totus, quantulus hic Grex  
 Nil nisi stultitia est propriis innata medullis:  
 Hoc hominum genus est; quos nulla angusta remordet  
 Cura, nec anxietas, verum nec vana cupido,  
 Non metus, aut odium, livor, lamenta, querelæ,  
 Nec pudor aut maledicta nocent, infamia, nec vis,  
 Pectore quidquid habent quidquid vel mente reposum  
 Vultus id ostendit, vel sermo prodit apertus;  
 Cantillant, ludunt, rident semperque jocantur;

De-

Denique tam cari tam grati, tamque suaves  
 Principibus, summisque Viris, ac Regibus ipsis,  
 Ut pro deliciis teneant. Quos diva sinistro  
 Stultitia instruxit cornu, nunc carmine amaro  
 Insequar; hoc hominum genus est abstrusus & **acer**  
 Quo nil callidius, nihil & versutius ipso est,  
 Commentum totus, fraudes, ars, techna, dolusque,  
 Empusaque magis varius, Vertumnus ut alter;  
 Prodere se stultum non vult, renuitque fateri;  
 Duplicibus loquitar linguis, quarum altera **verax**,  
 Altera mentitur, sed conductura sibimet  
 Proficeret in medium, pariter nocitura tacebit  
 Mortales inter sapientis imagine **ficta**  
 Praeferrri certat, primamque attingere partem  
 Nec satis hoc scelus est, rabida hæc & subdola Turba,  
 Semper sollicita est, semper vaga, semper anhelans  
 Quo rapiat, cumulet, dominetur, tendat ad alta.  
 Terrigenæ o stulti, captique o lumine talpæ;  
 Quidnam aliud vita hæc, quam scænica fabula quædam?  
 In qua procedit vario gens abdita cultu.  
 Quisque suas peragit partes & munia complet.  
 Sunt homines Mimi, ars Ludi, Mundusque Theatrum,  
 Fabula mendaces curæ, fortuna Choragus,  
 Qui prodire jubet quemque in proscænia; sæpe et  
 Sub diverso habitu variatum dicit eumdem;  
 Ut modo purpureum qui Regem gesserat, hic mox  
 Exutus trabea & posito diademate, egenum

Servum agat, aut minimum tritâ sub veste latentem;  
 Et modo qui choreas cantu saltabat ameno  
 Egreditur lacrymans & tristia funera deflet.  
 Sic vos sæpe jocans fors improba tollit ad astra,  
 Hinc citò præcipites Erebi detrudit ad oras.  
 Ergo ò ridiculi scurræ, qui voce, manuque  
 Orbis in hac scænâ numerosa luditis arte  
 Personam induit variam, & qui mente sepultâ  
 Dexitis ut pecudes, procul & custode remoto  
 Saltibus Elysii spretis, ubi pascua lœta,  
 Abrotanum & tribulos, absynthia amara, cicutas  
 Lappam, atque urticas mundani pascitîs horti,  
 Stultitiæque merum pleno deducitîs haustu;  
Quo ruitis stulti in præceps? quo devia turba?  
 In vetitum properas deperdita vallibus imis  
 Tartarei nemoris, sunt tensa ubi retia mille;  
 Non ideo natura Parens, nec cura Tonantis  
 Munitum ratione hominem, mentisque capacem  
 Attulit in terras grata ad spiracula vitæ,  
Quo miser heu pereat curarum turbine, & æstu,  
Quo fera bella, necem, gladios sequeretur & arma,  
Quo ve per omne nefas consuëset vivere rapto,  
 Atque auri rabie miserorum sanguine pasci,  
 Nec quo fraude, dolis technâ flueretur & arte,  
 Illicitæ nec quo Veneris portenta subiret.  
 Tolle homo, tolle oculos, mentis te absconde recessu,  
 Nosce precor quid sis, & quem tua reddat imago,  
Qua-

**Qualia** cum sacro teneas commercia cælo,  
 Et cui plus dederit divini luminis author,  
 Qui penetrat, vivitque tuos diffusus in artus,  
 Affinemque tuam voluit sibi jungere mentem,  
 Et dare sublimes oculos ad sidera sursum,  
 Ut reperire queas, propriumque videre parentem;  
 Cur decus ergo tuum, cælo delapsa propago  
 Marcenti hoc stabulo sepelis, cænoque volutas?

## SERMO LVI.

### Describitur Aulicus.

**M**ane Palatinus visit præturgidus aulam  
 Vectus equo, aut rhedâ, magnâ comitante catervâ,  
 Regis ut optatum possit captare favorem,  
 Et patulas mulcere aures, ut in ordine primus  
 Emicet, atque alios longe post terga relinquat,  
 Callidus, infidus, mendax, simulator, iniquus,  
 Doctus adulâri, pariter corrumpere verum,  
 Oscula dans manibus, quas vellet sanguine tinctas  
 Et Pardo similis, speciemque subinde Leonis  
 Induit, & varios quasi versa pelle colores;  
 Omnibus imponens aliis, sibi denique primum.  
 Has nemo ut doceat fraudes, docet ipsa potestas:  
 Nempe stratagema haud ullum, vel techna reperta est

Quam

Quam non arte struat, socios quò fallere possit.  
 Hic scopus, hoc illi studium ut traducat in aulā  
 Vitam infelicem. Sed quis manet exitus illum?  
 Sæpe fit, ut vitæ absumptis melioribus annis,  
 Omnia dum passus, tandem spe falsus inani,  
 Immodicas post expensas, multosque labores,  
 Afflictus, mærensque animi, succensus & ira  
 Cogatur vacuus patrias invisere villas.  
 Sic fortunatum sæpe infortunia reddunt  
 Testem habeo Similem: qui postquā Cæfaris aulā  
 Præfectus plus ter denos traduxerat annos,  
 At post rure suo septem; mihi credite, Amici  
*Septem*, ait, *hos tantum vixi, periere priores*  
 Vivere qui sanctè cupitis, discedite ab aulā  
 Omnia dum liceant, non est locus ullus honesto.  
 Hic Pietas calcata jacet, Probitasque fidesque.  
 Heu quam grande nefas, quam lamentabilis error  
 Esse homines adeo fatuos, adeoque caduco  
 Lumine, ut incauti sensu & ratione carentes,  
 Captivos sese efficiant, sua jura relinquant,  
 Libertate cadant proprià, dent colla capistro,  
 Assiduos discant patienter ferre labores,  
 Nolle ac velle suum se invito sæpe negare,  
 Se spoliare suis, externos sumere mores;  
 Denique cum Rex occentat, subito occentandum,  
 Ridendum, si Rex ridet, rursusque dolendum  
 Si dolet, atque suam faciem te sumere oportet

Si

Si cacat, aut ruet, sive id quod dicere nolo  
 Assensu & plausu risuque & voce sequendus;  
 O miser, o nebulo, vacui o curruca cerebri  
 Si tuus, & Liber, cur te furibunde locasti?  
 Te Regis veluti & pecus ad præsepe ligasti?

## SERMO LVII.

### De Ambitione.

**A**mbitio est malefida comes, infesta Tyrannis,  
 Et quandoque bonos torquens, inimica quietis;  
 Nec cuiquam tam sublimes tribuuntur honores,  
 Ut non ulterius votis grassetur inquis.  
 Officit ambitio, quæ non virtute paratur.  
 Non Tædæ socium, aut patiuntur Regna priorem.  
 Scire velim, inflati nimioque ardore furentes,  
 ( Quos regit ambitio quos stulta superbia vexat,  
 Continuò quibus hi comites, contemptus & ira,  
 Elatæ voces, tumor, indignatio, fastus, )  
 Quam sibi proponant Cynosuram? numquid ut ipsi  
 Incurrant atrox odium Divumque Hominumque?  
 Hæc simul invadere hominem, perit omnis in illo  
 Et decor & virtus & fit derisio vulgi;  
 Inquinat egregios admixta superbia mores,  
 Scis quibus indigeant phrenes! curentur ut istâ;  
 Scilicet hellebori, dum nascens Phæbus Eoum

Pur.

Purpureis invisit equis, & dissipat umbras  
 Consultum ut drachmas capiat tres, totidem tres,  
 Dum petit Antipodas, & mergitur Oceano Lux.  
 Sic nil desipiet miser, & sic deseret illum  
 Impetus, ira, furor, tumor, indignatio, fastus  
 Liber Homo est, talem rerum natura creavit.  
 Fac quæcumque decent, sed non quæcumque licebunt;  
 Quod violenta nequit peragit tranquilla potestas;  
 Non bene in audaces ipsa est audacia tuta.  
 Innumeri Icario lapsu cecidere superbi,  
 Dum fragili temere plumâ rapiuntur in altum.  
*Sejanum memorem? Sejanos hæc dabit ætas;*  
 Qui luctâ graviore alios prosternere tentant  
 Sæpe per infamem primi volvuntur arenam.  
 A tergo sequitur Nemesis, sternitque superbos,  
 Et victis fugiens reddit in præcordia virtus.  
 Prospice dum tentas aliis indicere bellum,  
 Inquantum valeant humeri, quantumque lacerti  
 Ingeniique tui vires, quis pectoris ardor;  
 Qualis & is cum quo statuis certamen inire,  
 Et quantum, possit, quis erit tum denique finis;  
 Ne temere tentasse tuo male cedat honori.  
 Incertis fortuna rotis mortalia volvit;  
 Nec finit esse diu miseros, non esse beatos,  
 Et quem mane levat, seras premit ante lucernas.

SER.

## SERMO LVIII.

## De Avaritia.

**T**urpis avarities, ut detestabile monstrum,  
 Esurit & sitit in mediis ceu Tantalus undis  
 Atque adeo assiduè vigilans incumbit avarus  
 Anxius infami lucro, sua retia tendens,  
 Non Patri, non Uxori, non denique natis  
 Dilectis parcens-nec mirum, injurius ipse  
 Cum sibi sit, geniumque suum defraudet iniquè,  
 Proderit ille aliis, qui nec sibi profuit unquam?  
 Quærit, & inventis miser abstinet, & timet uti:  
 Nil nisi dum moritur faciens bene, præda propinquis  
 Expectata suis, & solâ morte benignus;  
 Immundæque Sui similis, quæ sordibus hæret:  
 Hæc licet immundis distendat glandibus alvum,  
 Conqueritur tamen & spumoso gutture grunnit,  
 Et nulli prodest, nisi pingui mortua lardo.  
 Nullo animus lucro cupidi satiatur avari!  
 Quo magis accedit, tanto magis æstuat ardor  
 Rimandi patulis obrizum faucibus aurum.  
 Prima nec immissa est loculis, quin præda secunda  
 Exagitet mentem, servâque cupidine verset;  
 Cedo Asiam, cedo Europam, cedo Indica Regna  
 Euclio semper hiat, teto insatiabilis orbe;  
 Perfidus, excepto luero, nil curat ayarus.

An.

Anne homines curet, cui nec sunt numina curæ?  
 Ecquid habent Reges, nisi solum tegmen & escam?  
 Hæc quoque pauper habet, qui si nihil ambiat ultra,  
 Atque humili Lare tranquille, & bene vivere curet,  
 Quisnam adeo ignarus, qui non hunc esse beatum,  
 Et magè felicem ducat, quam sceptra tenentes,  
 Qui magna ut teneant, semper majora requirunt?  
 Divitias multi affectant; paucique fruuntur.  
 Multis dat fortuna nimis, nunquam satis ulli.  
 Servitium hic splendet, splendens ubi magna Potestas.  
 Quis Cynicum testâ clausum non præferat Illi  
 Qui satur haud uno plures sibi postulat orbes?  
 Quis non Fabricium Æacidæ, Senecamque Neroni?  
 Quis sortem dum Regnantum rectè inspicit, illam  
 Non miseram, non sollicitam, non judicet esse  
 (Tolle superficiem) plenam anxietate, dolore.  
 Hanc tamen exoptant multi quos cæcat & urit  
 Execranda fames auri & popularis honoris.  
 Quam diadema fuit multis caro nimis emptum,  
 Splendidulam referens bullam quam discutit aura!  
 Dum placet, illudit, dum splendet, fallit: in altum  
 Tollit, ut incurvant lapsu graviore ruinam.  
 Assyrios, Persas, Grajos, Romanaque sceptra  
 Discute; quam raro, invenies non sanguine tincta!  
 Non ferro, aut tacite gelidis extincta venenis!  
 Sarmata quot vidit nudos diademate Reges!  
 Hinc patet humanis quanta inconstantia rebus

O.

Omnia dum volvat fursum & fortuna deorsum,  
 Mollia commiscens duris, & dulcia amaris,  
 Et sana insanis, conjungens tristia Lætis,  
 Ne te deiiciant adversa, aut prospera tollant.

## SERMO LIX.

### Propriæ credens Formæ sui Deceptor.

**N**arcissus propriæ deceptus imagine formæ  
 Se imprudens cupiens, ardens, mera fabula non est  
 Historia at potius, Ganymedem hunc aspice quæso,  
 Judice qui se ipso tanti se pendit, & audet,  
 Ut credat cunctos homines superare politis  
 Moribus, & cultu, & formâ & sermone rotundo,  
 Ut decus omnes suum Superis, ut lumina Phæbo  
 Subtraxisse putet, formâ superare Napæas.  
**O**bvia si specie insignis fit forte Puella  
 Componit subito crines : componit amictus,  
 Prospicit ut deceant gressus, oculi, ora, manusque;  
 Si confett oculos oculis, si læta, petulca  
 Molliter arrisit, tunc se speculatur ubique,  
 Tunc placet ipse sibi nimium, bellusque videtur.  
 Jam sibi rem factam demens, votoque potitum  
 Quam malè conjectat. Voto potiatur & ipso;  
 Sit formosus Hylas, Nirens, sive alter Adonis,  
 Huic Charitum Numen, Veneris se gratia tota

Q 2

Fu-

Fuderit ubertim, proprio spoliata decor,  
 Dic rogo capte oculis, quid tandem talia profunt?  
 Nonne vides quam forma fugax, quam labilis, & quam  
 Currere festinet raptim velut umbra Juventæ  
 Flosculus, ut fole exustus, gelidave pruinâ  
 Languidus? & tenui vix ortus decidat aurâ?  
Quidnam opus est monitu? nonne hæc manifesta  
 quibusvis  
 Quam cito quam velox hæc florida præterit ætas?  
 Gloria nulla magis mendax quam forma, nec ullum  
 Est brevius, quam forma, bonum; nunc ridet amæno  
 Flore nitens, at mox oculis mirantibus ipsis  
 Subducens furtim sese evanescit, at ecce  
 Jam subeunt rugæ, subrepunt vertice cani  
 Cincinnique cadunt, perdit coma flava nitorem,  
 Livescunt dentes, aurisque obtusius audit;  
 Labra, genas, nares, vultum frontemque serenam  
 Invadit pallor marcens, & lumina clara  
 Fusca tegit nubes, dorsum curvatur in arcus;  
 Aut heu mors latitans successibus invida nostris  
 Obsidet incautos, semper cervicibus instat,  
 Imminet, & tergo tenebris adoperta, silensque,  
 Dum nil tale times, simulat dum longius esse,  
 Ecce fores pulsat; Jam rupit limina, jam te,  
 Sive bibas, epulisque vaces, somnoque, jocisque  
 Confodit, o dirum o ferum & implacabile monstrum!  
 Ergo cinis, pulvisque vagus tua læta Juventus.

Si-

Sive erit hoc senium, fiet nova fabula; sic tu  
Vivus & extinctus fatuos numeraberis inter.

## SERMO LX.

### Vitæ Rusticæ laus.

**F**elix o felix ! qui celsa Palatia Regum  
Fœtamque innumeris fugiens cruciatibus aulam,  
Æde in rurestri livoris ab hystrice tutus  
Gaudet rurestris gratissima gaudia vitæ.  
Non illum exsomni elangentia cornua cantu  
Ad cædes, subitæque vocant discrimina pugnæ:  
Non maris undivagâ proscindens cærula puppi  
Flebilibus votis iratum Nerea placat.  
Non illi Procerum, non Regum gratia curæ;  
Olli pauca satis, parvâ contentus opum vi  
Bobus agros sine fraude suis exercet avitos;  
Ille dolos nulli meditatur pectore simplex,  
Justitiamque colit, nec amaris litibus aptus,  
Nunc stratus vitrei muscoso in margine rivi  
Frondibus implicitos collucat forifice ramos:  
Nunc sectum obliquis diducit callibus hortum:  
Ille per umbrosos exorto vespere saltus,  
Mane per abruptæ juga prominat herbida rupis  
Armenta: ac medio speluncis occulit æstu,  
Nunc ille expansis attollens brachia palmis

Po-

Poma brachura legit, pyra ni colocynthina mavult, si evit  
 Aut ab avo nux juncta viæ dulcissima gustu,  
 Insita vel tenero Caryotis vellitur ungue.  
 Nunc glaucæ salicis residem projectus ad umbram  
 Illius explicito describit caudice carmen;  
 Quale olim in sylyis calamo ludebat agresti  
 Montivagus Damon Galateæ incensus amore.  
 Denique quam longi trahitur pars magna diei,  
 Quam brevis hora fugit; stat ruri æterna voluptas.  
 Oppida nil aliud, nil propugnacula, & urbes  
 Quam septa aut caveæ, quibus efferus hic premitur grex.  
 Magnificis fateor surgunt fastigia tectis,  
 Sed mihi dulcius est in culmina rustica ferri.  
 Hæc mihi conciliant Musas, hæc mentis acumen  
 Extollunt, secumque trahunt in culmina cæli.  
 O tranquilla quies, ignota o munera Divum!  
 O data fors paucis! status o felicior omni!  
 Tam dulces qui tradis opes, o vita beatos  
 Effectura suos per sæcula cuncta sequaces!  
 Quando ego Te cernam mea, MIRABELLE, voluptas  
 Deliciisque tuis dabitur, gremioque potiri!  
 Salve olim Proavo sedes jucunda DURINO,  
 Qui cum blanda ageret depulsis otia curis,  
 Jam senior, stirpes jugi satione colebat:  
 Undique lecta novis inocellans fragmina Plantis;  
 Haud secus ac olim Curius, Mayortius heros,  
 Depositâ chlamyde, & lati gestamine clavi:

Ju-

Jugera pauca libens gravido sulcabat aratro,  
Spernebatque humili Samnitum munera tecto.

## SERMO LXI.

Multi sunt recessus in animis hominum,  
de quæ Illis, non nisi post maturum  
examen ferendum est judicium.

**N**on tam diversæ facies, hominumque figuræ,  
Quam sunt ingenia, atque animi diversa ferentes.  
Sæpius ille hilare simulat, qui pectori toto  
Mœret, & ex imo dicit suspiria corde.  
Et sapit ingenioque valet, qui stultus habetur.  
Sæpe quoque Antycyris tribus insanabile cernas  
In pretio caput, innumeris & honoribus auctum.  
Hunc ditem reputes, qui paupertate laborat,  
Hunc inopem, cui nummorum cumulantur acervi;  
Et piger incessu, tardus, pavidusque videtur  
Corpore qui generosum animum, pectusque leonis  
Claudit, & herculeos potis est sufferre labores;  
Magnanimum credas, constantem & pectori Achillem?  
Qui timidæ similis damæ, leporique fugaci.  
Hinc quæ non conspecta oculis, palpataque dextrâ  
Et quæ non fuerint lento discussa per unguem,  
Tu censere cave; sanctum, justumque putabis

Cui

Cui non Religio aut pietas, qui Numinis expers.  
 Non citò laudaris, cito vel culpaveris ullum.  
 Punica si externe aspicias, sunt turpia mala;  
 Grata sed invenies vili mox cortice dempto.  
 Memet tuos optem cancellos, cernere per quos  
 Mi liceat dubios animi cordisque recessus.  
 Tunc illum, qui nunc fidus mihi visus amicus,  
 Bifrontem inveniam Janum, & quandoque Sinonem.  
 E contra, cui mens dubitarat credere, amicum;  
 Candidus ut faveat toto & me pectore gestet.

## SERMO LXII.

Stultissimum esse ducendi choreas  
oblectamentum.

**S**TULTIUS aut levius quidnam? quam pene furentes  
 Cernere Femellas volvi, circumque rotari?  
 Sub gyro assiduo, dextrâ modo, nuncque sinistra?  
 Vel tolli sursum saltu, vel ad ima relabi?  
 Sis licet ipse siti exustus, liquefactus, anhelans,  
 Tunc magis insistis sudore & pulvere mersus.  
 Tum Venus inspirat flamas, animosque Cupido  
 Exacuit segnes; ludunt oculique, manusque;  
 Alter in alterius tunc furtim immurmurat aure,  
 Suspirat, narratque suos tum quisquis amores.  
 Aspice quid pariant choreas; sunt & caput, & fons

Et

Et stimulus Veneris, scelerumque uberrima radix  
 Nequitiae semen vivax; illicia, fomes,  
 Esca libidinibus, mentisque ruina pudicæ.  
 O fatue, o demens, o betâ insulsior ipsâ,  
 Hoc ferri circum, per gyrum quaque revolvi  
 Quidnam aliud præter furere ac vertigine duci?

## SERMO LXIII.

Quos Deus amat adversitatibus exponit

Ad Præfulem illustrem  
 In promotione Cardinalium  
 prætermissum.

**D**ebita cum Præfule tibi Purpura, Magne, negata est  
 Non Tu, sed virtus, Roma ipsa est passa repulsam  
 Quam magnum est, non laudari, laudemque mereri?  
 Saepè locum sorti majori injuria fecit.  
 Ista Themistocles, Sertorius, atque Camillus,  
 Tullius, atque alii innumeri testata dedere:  
 Qui nisi sensissent rigidæ certamina fortis,  
 Obruta Lethæis jacuissent nomina in undis.  
 Quos Deus adsciscit, sibi quos designat Alumnos,  
 Non in deliciis, nec molliter educat: atqui  
 Hos premit, indurat, lassat, cuncta obiicit illis  
 Ardua, queis ferment animum, & virtutibus ornent

SER

R

Ma-

Major ut accedat majori ex Marte triumphus.  
 Nec fortis, cui non crescunt urgente periclo,  
 Majores animo, maiores corpore vires.  
 Fortia præ duris animantur pectora rebus;  
 Quemque putas premere, erigitur; vexatio robur  
 Excitat, inficto revirescit vulnere virtus.  
 Antæus prostratus humo mox fortior astat.  
 Assiduo incudem sic durat malleus ictu;  
 Et pila quo mage concussa est, magis ipsa resultat.  
 Altius insurgit dum pondere palma gravatur.  
 Obscura ut lateat virtus, sua fulgura mittit  
 Pumilio expositus sublimi in culmine montis  
 Pumilio remanet, nec latum extenditur unguem:  
 Sic & in extremam vallem dimitte Colossum,  
 Grandis & erectus, qualis fuit ante, manebit.  
 Est ubicumque Leo, semper Leo; Simia semper  
 Simia, sit galeata licet vel acinace cincta.  
 Non ostrum decorat Vir ostrum ast ipse decorat;  
 Quod non muneribus, non ambitione, favore,  
 Verum excelsa animo, ac sola virtute paravit.  
 Fabricium colit omnis honos, dum spernit honores.  
 Virtus ipsa sibi pretium, & tutissima merces;  
 Et bene factorum mercedem nemo datus  
 Majorem, quam dat recti mens conscientia facti.  
 Sola potest homines superis componere Divis,  
 Non opis externæ, non ullius indiga laudis;  
 Verus honos, solidumque decus virtute parandum.

SER-

## SERMO LXIV.

## De Conjugio.

**A** Rdua res Conjux, provincia dura, molestum  
 Est onus, hac unâ gravior neque sarcina menti.  
 Supplicium internum pendensque ad colla capistrum;  
 Non tribus hæc horis, sed totius hospita vitæ  
 Hospita quid dixi? potius tibi forsitan hostis,  
 Quam nisi defunctam liceat depellere lecto;  
 Marcida sit quamvis, pedicosa & morbida pestis:  
 Si tibi contigerit vitiatis moribus uxor,  
 Uxor is vitium truncandum aut germine primo,  
 Aut forti stomacho, tacitâ sub bile premendum;  
 Si formosa nimis, communis; fæda, vel ægra,  
 Hæc odio facili digna est & fuste fuganda.  
 Uxor erit sterilis semper tu aut illa quereris  
 Heu heu nos miseris! orbi moriemur, & hæres  
 Externus villas & prædia culta tenebit.  
 Si fuerit fœcunda nimis, si sæpe puellas  
 Innumeratas pariat, tanto majore dolore  
 Creverit anxietas, quanto numerosior est grex;  
 Hinc premeris cuinam hasce loces aptéve marites;  
 Unde pares dotem; aut unde alimenta daturus.  
 Ediderit si forte mares, tunc tempore toto  
 Angeris, ut bené sint nutriti, ut sint benè docti,

R 2

Ut

Ut dites auri quā possis fraude relinquas.  
 Unde per Italicas est sparsa paræmia gentes,  
 Felices nati, quorum Pater æstuat Orco.  
 Nunquam pax tecum tecto victura sub uno est,  
 Immortale tibi, fuerit dum vita, duellum.  
 Nunquam lite thorus, nunquam tua mensa vacabit.  
 Fœmina tota dolus, tota ars, temeraria tota  
 Totaque garrulitas, gravis, impetuosa, cruenta,  
 Lege simul cum mente carens, ratione modoque;  
 Quæ voluit, non vult, quæ noluit ipsa reposcit,  
 Hinc gemit, hinc ridet; quid plura? hoc tendit ad unum  
 Dedeconi quo sit, semperque molesta marito.  
 I nunc, & crucibus vitam his committe ligatus,  
 In scythicā tanquam laniatus rupe Prometheus.  
 Quare age, quicumque es, quem olim tam dira cupido  
 Instimulet, dura, & ter denos differ in annos,  
 Tecum agitans quid agas: an non ducenda sit uxor;  
 Quum super his cautus partes discusseris omnes,  
 Tunc cape consilium, quod cælum objecerit, aut sors.

## SERMO LXV.

Nisi vir Constans,  
 Nemo sua forte contentus.

**D**iuerso se quisque modo sequiturque fugitque:  
 Sicque hominum dubias deludit opinio mentes,  
Ut

Ut fortunatam ac tristem forment sibi sortem,  
 Qualemcumque tamen sequitur dolor atque voluptas  
 Atque alternatim in gyrum decurrere gaudent.  
 Hinc cum dissideat variis mens anxia votis  
 Nemo sua vivit contentus forte, suamque  
 Accusant omnes Nemesim, reputantque novercam.,  
 Miles aratorem laudat; dum vulnera sentit:  
 Militiam contra poscit defessus Arator;  
 Artifices mare commendant, quod gurgite pleno  
 Fundit opes magnas; verum dum naufraga surgit  
 Tempestas, artes pavidi terrasque reclamant.  
 O miserum mortale genus, dum saepius ipsi  
 De Regno Reges, supremaque sceptra queruntur!  
 Nauseat omne ævum, &c cunctis sua displicet ætas.  
 Humanæ sorti agnatum est angi atque dolere.  
 Usque adeo nihil in terris sinit esse beatum  
 Diuturnumque Deus, quam quæ celestia spirant.  
 Spartam quisque suam ut visum tueatur & ornet,  
 Ipse ego met mihi sum Regnum; procul ite prophanae  
 Spesque, metusque, amor atque odium: fallacibus hamis  
 Irretite alios; non vos non extera posco.  
 Esse volo quod sum; non ullis invideo; opto at  
 Esse sui similes alios, similemque mei me;  
 Meque mea involvens virtute, audentius insto  
 Fortunæ laqueum mandare, & cedere fato;  
 Securus quo sceptra cadant, quo purpura, fasces,  
 Fortunæ infertur nullâ re injuria major,

Quam

Quam constanti atque æquo animo, quam pectore sorti  
 Ridere hanc tanquam fatuam, contemnere cæcam;  
 Ferre lubens quod contingit, quodcumque necesse est.  
 Nempe animus constans est sorte valentior omni  
Quæ dare mî possum, cur cæca à sorte requiram?

## SERMO LXVI.

### In Simulatores Ad Nobilem Polonum.

**F**ronti nulla fides; nulla est fiducia linguae  
 Quæ parat insidias, dum blandius insonat auri.  
 Dulce canit, volucres ut fallat callidus Auceps,  
 Ejulat infidus crocodilus perdere tentans.  
 Toxica præbentur dulci circumlita melle.  
 Spina rofa tegitur: latet & sub gramine serpens.  
 Fallimur & gestu: multis simulatio vita est.  
 His dolus in pretio, fucus, mendacia, fraudes,  
 Verum & simplicitas fordent: pudet esse pudentes,  
 Qui violare fidem, & blando prætexere risu  
 Infidias, & mille artes didicere nocendi.  
 Hic periit, cuius videas periisse pudorem.  
 Esto, quod appares, larvatumque exue vultum.  
 Perde fidem; nihil est ultra quod perdere possis.  
 Qui struit insidias aliis, sibi retia tendit.  
 In præsens gaudet, sequitur dolor, atque ruina;

Ar-

Arte alios quā quis capiet, capietur cādem.  
 Callidus imprimis ille est, qui callida nescit:  
 Cum simulata diū nequeant subsistere, parvo  
 Tempore falsa latent: mendacia nulla senescunt.  
 Cura ut fida tibi sit diffidentia: nemo  
 Decipitur, quam qui nimium confidit Amicis:  
 Omnia tuta time: jam diū concendit olympum  
 Justitia & sincerus Amor, pietasque, fidesque.  
 Sit generosa viri vox, libera, candida; simplex  
 Non palpum obtrudens, verax, sine fraude, doloque  
Quodque animo sentit defendere fortiter ausit.  
 Turpe aliter, quam fert animi sententia, fari.  
 Tinnitu velut æra, homines sermone probantur.  
 Nescis quo multum indigeant fastigia Regum,  
 Omnia dum teneant; illis qui vera loquantur.  
 Principio offendit, verum quicumque tuetur,  
 Atque odia incurrit: tamen ut se tempore livor  
 Subduxit, virtusque invicta constitit arce,  
 Postea & hunc hostes ipsi venerantur, amantque,  
 Usque adeo grata est virtus, ut ab hoste probetur,  
 Et qui non sequitur virtutem, suspicit illam:  
 Plures oppugnare juvat, quam agnoscere verum,  
 Non ita Aristides, Phocion, non quem sapientem  
 Pythius asseruit, non splendida lumina Stoæ;  
 Non ita Romani Heroes, virtutis alumni;  
 Sic nec Sarmatiæ Proceres, fortissima nuper  
 Pectora, Soltikius Dux Severiæ, atque Zaſuskus

Rze-

Rzewuski & gemini, justi, verique tenaces:  
 Servitium hi crudele pati, Patriaque carere  
 Maluerunt, Patriam quam prodere, fallere rectum.  
 Quæ non pro Patriâ, pro Relligione tuendâ  
 Tu subeunda putes? ferrum patieris, & ignem.  
 Ut corpus redimas; majora an ferre recuses  
 Ut valeas animo? lucri an scelerata cupido  
 Avocet, anne amor, anne odium, spes vana, metusve?  
 Non hoc Relligio, non hoc tibi Patria dictat.  
 Namque scelus miserum reddit, virtusque beatum.



SER-

## SERMO LXVII.

Sive Dialogus NERONIS & ARULENI  
 De Civibus Primoribus Patriæ Patribus  
 servitio plexis ac deportatis ad maledictam  
 Narniam. *vid: Tacitum*

NERO

**C**AUSA sat Exilii Augusto haud placuisse Neroni.  
 Roma pati Imperium discat, vel mœnia flammis  
 Involvam, & Tybrim spumantem sanguine cernet.

ARULENUS.

Qui mundum sub lege tenet, populisque subactis  
 Imperat, hic justo partiri examine libram  
 Communemque hominum debet curare salutem;  
 Nullâ cæde manus, nullo sua sceptrâ cruce  
 Polluere, at priscis componere legibus urbes  
 Nec sibi sed toti genitum se credere Regno,  
 Et Patriæ Pater esse suæ: sic Juppiter æquâ  
 Temperie cæli motus, terramque gubernat.  
 Velle bonum, hæc prima est optanda in Principe virtus,  
 Proxima jus facere, & motus cohibere furentes.

S

NE-

NERO

Unde mihi has leges? quis te docet ista profari?  
Velle & posse meum est.

ARULENUS

Non quod potes, illud agendum,  
Sed quod possit decet.

NERO

Decet aurea sceptra timeri.

ARULENUS

Plus conductit amor.

NERO

Diis nobis æqua potestas

ARULENUS

Solus amor facit, ut Superi mortalia curent.

NERO

Primus in Orbe Deos fecit timor.

ARULENUS

Illiud inane est

Commentum; Divum est, quod cæli vescimur aurâ,  
Testantur benefacta Deos; qui regnat amore  
Securus regnat.

NERO

Qui vi sua jura coerces

Nil timet.

ARULENUS

Imperium quod vi retinetur iniquum est,

NE-

## NERO

Vis retinet populos.

ARULENUS

Vim vi persæpe repellunt.

NERO

Hoc arma impediunt.

ARULENUS

Ut certe oppresseris arma,

Non odium impedies.

NERO

Odium, invidiamque minentur,

Dum metuant, nil me ista movent.

ARULENUS

Fortuna timenda est;

Præcipiti stat nixa globo, quos tollit in altum

Deprimit in præceps.

NERO

Illam servire coegi.

Et clavo affixi, ne forte volubilis erret,

Quæque mihi dedit Imperium, dabit hostibus actis

Regnare & veros Romæ celebrare triumphos.

ARULENUS

Ergo ne tam dignos Proceres avellere Cæsar

A mediâ Urbe paras Auguste?

S 2

NE-

## NERO

Rebellibus hisce  
Avulsis, nulli imperio parere negabunt.

## ARULENUS

Non te igitur probitas Procerum, & reverentia frontis  
Canitiesque movent, non ævi floridulum ver.

## NERO

Me mea fata movent, quæ torvâ fronte laceſſunt  
Censores iſti.

## ARULENUS

Cæſar tamen ipſe memento  
Nil mage Principibus dignum quam pectore leni  
Concives tractare ſuos.

## NERO

Fregiſſe Rebelles.

## ARULENUS

Lex Patriæ eſt, ut ſemper vox ſit libera Civis,  
Non palpum obtrudat, verax ſine fraude, doloque,  
Quodque animo ſentit defendere fortiter auſit ;  
Turpe aliter quam lex mandat, vel Patria fari.

NE.

## NERO

Quod placuit lex est.

## ARULENUS

Qui jus colit; Ille superbe

Non premit innocuos.

## NERO

Faciunt & jura nocentes.

## ARULENUS

Vis perit Imperii, nisi cesserit utile recto.

## NERO

Cuncta impune facit, cui, quod putat utile, rectum est.

## ARULENUS

Libertas, rectumque perit, si spernis honestum.

## NERO

Libertas est seditio, discordia, turba,

Libertas scelerum est, quod Rex facit, illud honestum est.

## ARULENUS

Quid justum in scelere?

## NERO

Exemplis firmanda potestas

Pauci pro multis poenas dent; cætera sana.

ARU-

ARULENUS

O quam dulcior est animi compescere motus  
Temperiemque sequi! sic primo tempore Reges  
Vixerunt, sic crevit honos, sic aucta potestas.

NERO

Quid mihi commemoras prisorum tempora Regum?  
Non norant veteres sceptrorum jura Dynastæ.

ARULENUS

Regnabant sine vi.

NERO

Nos vi regnamus, & armis.

ARULENUS

Regnabant in pectoribus;

NERO

Nos Turribus.

ARULENUS

Obsequio.

NERO

Nos Imperio.

ARULENUS

Jus illud amore

Quærbant.

NERO

Nos ferro.

ARU-

**A R U L E N U S**

Urbes in pace regebant.

**N E R O**

Milite sed nos barbarico.

**A R U L E N U S**

Sua munera passim

Divisere.

**N E R O**

At nos jussis in quemque tributis

Colligimus nummos. Sic nobis aucta potestas.

**A R U L E N U S**

Si tamen ipse tui percurras tempora Regni

Nil ira aut odio, nil tantâ cæde virorum

Profectum invenies, frendent Proceres, Equitesque

Iatendentque odium pænis, acuentque furorem.

**N E R O**

Vana refers, nil exiliis aut cædibus usquam

Fortius, ut domitâ Civis desæviat irâ.

**A R U L E N U S**

Qui furit in Civem, Civi favet ipse furenti,

Fusus in Authorem resilit cruor, atque Tyranni

Sæpe suo ense ruunt; nam cui spes nulla relicta est

Nil

Nil timet, ipsa metu pulso formido recedit ;  
 Exilio quid Te Proceres plexisse juvabit,  
 Te Nero, commoneo, Roma excandescet in iras;  
 Experiare Nero, num plus Clementia possit.

## NERO

Serò est: verum quid possit Rex, vir bone, nescis.

## ARULENUS

Justa sequi, haec Regum leges, haec justa potestas

## NERO

Exilium quamquam injustum bona publica pensant,  
 Et saepe ut nullus noccat mihi, plectitur insons.

## ARULENUS

O duræ leges, o vis sævissima sceptri  
 Quo mentem abripitis!

## NERO

Ne verbis pluribus aures

Obrue, res acta est, sero sapuisse pudendum est.

## ARULENUS

O Regnum instabile, & confusa sine ordine moles  
 Si pietas & jura ruunt.

NE-

## NERO

Pellatur ab aulā

Cui pietas, rectumque placent; hæc summa voluntas  
 Fari plura veto; si dictis lingua resistit  
 In maledictam etiam tu deportabere Narnin

## SERMO LXVIII.

Virtus sola æstimanda, cætera flocci  
 facienda.

**N**isi sapiens nisi virtutem admiratur, & ardet:  
 Illum haud progenies Codri, non atria ceris  
 Fumosis ornata movent, fallentia vulgum.  
 Ad populum phaleras; vanis haud luditur umbris.  
 Ortus, natales, dubia cum forte regantur,  
 Major ubi virtus fuerit, majoris habendi.  
 Quanti cujusque est virtus, tanti ipse putandus.  
 Sola virtute, & vitio, distinguimur omnes.  
 Mortales hæc sola beat, sola inscia fati  
 Æternum inconcussa manens, & nescia vinci.  
 Vilis & abjecti est aliorum incumbere factis.  
 Non eget alterius, proprio qui lumine fulget;  
 Magnanimum virtute decet, non sanguine niti.  
 Nobilitas etenim sola est atque unica virtus.

T

Non

Non me divitiæ Cræsi, Crassique talenta,  
 Quæ miseros homines sursum jactantque deorsum,  
 Non Dictatorum quondam suprema potestas,  
 Non longus servorum ordo, numerosa Clientum  
 Turba movet, quæ te quovis comitatur euntem,  
 Atque oneri persæpe magis, quam cedit honori.  
 Excelſæ turres, auro fulgentia tecta,  
 Atria marmoreis centum distincta columnis,  
 Et quæ visuntur pretiosa triclinia Regum,  
 Aulæis ornata novis, radiantibus auro,  
 Aut quidquam capit in terris mirabile visu:  
 Sed tanquam peritura brevi, ceu noxia, ab alto  
 Despicio, & phaleras, Puerumq; crepundia duco,  
 Somniaque & fucos, & vanæ ludicra sortis.  
 Omnia quæ tandem in cineres delapsa peribunt,  
 Atque ruent, & momento exurentur in uno.  
 Sic constans, sic fortis ero; sub me omnia cernens,  
 Ingrediar quamcumque viam mihi fata datura.  
 Vita hominis scena est, deliraque fabula, ludus:  
 Nam bene si quis perpendat, puerique, virique  
 Ludimus, at majora viri, puerique minora.  
 Hi talum atque nuces quærunt, in arundine ludunt,  
 Nos epulas, aurum, carrucas, prædia, honores.  
 Hæc sunt, quæ mortale Genus sub imagine fallunt,  
 Atque hominum obfuscant cæca caligine sensus,  
 Detractâ poteris veruni deprendere larvâ:  
 Quæ dum fausta foris ostentat commoda, honores;

Oc -

Occulit interius mala plura incommoda, fraudes  
 Summa humanarum rerum est virtutibus uti:  
 Quas penes, extremumque bonum est, & summa  
 voluptas.

Rex est quem ratio regit, & quem dicit honestas;  
 Illa ubi præcedit vestigia tutæ sequuntur.  
 Nam quæ consilio, & summâ ratione reguntur,  
 Cogitur hæc fortuna sequi, vel cedere victa:  
 (Ipso etenim fato longè prudentia major)  
 Virtutem aggressa est quoties, haud æqua recessit.  
 Indomitum omne domat; durisque assueta periclis,  
 (Invia nulla via est) ipsum transcendit olympum.  
 Vis summū imperium nancisci; vince teipsum;  
 Multos ipse reges, modo tu virtute regaris.  
 Hoc sacræ suadent Musæ, & Latous Apollo,  
 Queis erit usque mihi suprema litare voluptas;  
 Præcipue cum me doceant tranquillus ævum  
 Ducere, & esse meum, & placidam sine crimine vitam,  
 Inflammantque animum pulchræ virtutis amore.  
 Nos fortæ Musæ esse docent; si corruat orbis  
 Infractos, si læta fluant, si tristia, eosdem  
 Semper habere animos, similesque ostendere vultus;  
 Constat enim, quodcumque homini contingit, ab ipso  
 Numine deferri: cui cum sit charior ipse  
 Quam sibi, præ lætis aptissima quæque daturum est  
 Hoc siquidem, cum sit Pietas, Clementia, virtus,  
 Indulgensque Pater, natos quos morte redemit,

T 2

Or -

Orbatus vitæ auxiliis non deseret unquam.  
 Forti nempe viro bona justa & honesta petenti  
 Audentique, nec ipsi homines nec Numina desunt.  
 Libertas servire Deo. Dementia summa est,  
 Ut potius nos fata trahant, quam fata sequamur.  
 Æquo animo quod non possis vitare f. rendum est,  
 Et stultum ut timeas, quæ sunt tolerare necesse.  
 Cum non quod cupias possis, quæque obvia posce;  
 Non dives qui multa tenet, sed qui nihil optat;  
 Nec fortunatus qui quidquid vellet haberet;  
 Sed qui non cuperet, sibi quod fortuna negasset.  
 Humanæ binis res suspenduntur ab ansis:  
 Dextera fausta, levis, non fausta, gravisque, sinistra.  
 Prona mali natura instigat sumere lævam;  
 Sed factus meliore luto dextram mihi posco:  
 Contentusque meo genio me Regibus æquo.  
 Illud ago quod ago; nec sunt mihi cætera cordi.  
 Sic liber, curis vacuus, turbâque remotus  
 Inque sinu gaudens, possum vel Numine teste,  
 Hic etiam in terris cælesti vivere sorte.  
 Quod fiet si continuo vox personet aures:  
 In præsens age, quod cupias in morte peractum.  
 Jactator videar, si quod mihi pagina dictat  
 Ipse mihi adscribam; non sicut vivo, recenset;  
 Qualiter at vivendum illi, qui recta sequatur.  
 Sæpe etenim meliora videns, pejora fecutus.

Ta -

Talem quære mihi, qualem tot sæcula vix dum  
Invenere Virum, fies ter magnus Apollo.

## SERMO LXIX.

### In lites carumque Patronos.

**C**uria subraucis clamoribus intonat illud  
Triste MEUM, infastumque TUUM dum liti-  
bus implent.

Atria Causidici voces, irasque locantes,  
Sistit ubi Natum Genitor, Natusque Parentem,  
Vir miser Uxorem, Conjux miseranda Maritum,  
Discordesque ruunt ad mutua jurgia Fratres.  
O cædes tacitæ, nulloque cruento madentes,  
Quæ tristes gemitus, planctus, suspiria ducunt!

In quantum Vidiwas, Pupillos inque nocentes  
Impune heu nudare atque expoliare licebit?

Diva Themis cui rerum ordo commissus ab alto  
Hos miseros, queis laxa cutis vix ossibus hæret

Litibus exhaustos quamdiu patieris inultos?

Ipsaque sub pedibus quamdiu prostrata jacebis?

Non rota crudelis in tantum Jxiona torquet,

In quantum rabiosa fori certamina torquent.

Occidit plures calamus, quam letifer ensis.

Ignorant Turcæ lites, lauiare suetæ

Christicolas, sua qui perdunt patrimonia rixis

Per-

Perque simultates, per mutua probra, per iras  
 Per fraudes, per crebra suæ dispendia vitæ.  
 Ah furor, impietas, quæ nos dementia vexat?  
 Illi dum sua consumunt ludisque, jocisque,  
 Indulgent genio, atque hilares convivia ducunt:  
 At vero diris furiis agitatus avarus  
 Christicola, infaustæ per tristia tormenta litis  
 Conficitur, charos absunt jurgia nummos.  
 Vince aut perde Cliens; semper res parta Patrono est,  
 Et tibi gaudenti aut maestro nihil ille remittet.  
 Collige te, humani generis vesana Propago,  
 Et tandem miserere tui, quæ summa malorum,  
 Atque invisa Deo, rabiosa ah iurgia vites.  
 Alme Patens, siqua est pietas, si cura Tuorum;  
 His da pace frui, & tricas, certamina, lites  
 Quà venere priùs, tenebrosa in tartara mitte.

## SERMO LXX.

### De Causidicis & Pragmaticis.

**A**Stuat hæc semper rava & verbosa propago  
 Eruscare aliquid quo lites suscitent, hæc si  
 Defuerint, format, gignit, disseminat, armat,  
 Et cuicumque fores pulsat, qui consilium vult  
 Aurea verba dabit, vincendi nutriet hunc spe,  
 Dum modo quod rapiat misero videt esse Clienti;  
Di-

Dirigit huc aciem, studiumque intendit in unum,  
 Consulat ambabus, partes emungat utrasque.  
 Et modo defendat rectum (raro tamen id fit)  
 Nunc fronte obdurâ rigidâque tuetur iniquum.  
 Credulus interea litis sectator, & in spe  
 Dependens totus, loculos exenterat ipsos,  
 Patrono infundit nummos, iterumque iterumque;  
 Longius hinc lites dempto jam fine trahuntur,  
 Dum superest aliquid succi, quod torqueat inde.  
 Arridet, palpat, suadet, blanditur, inescat,  
 Pollicitis ditat largis, redditque beatum.  
 Dicturus causam dum venerit ante Tribunal,  
 Intonat exclamans, infrenet, vociferatur,  
 Incedit tumidus grandi cum fasce papyrum  
 Quæ bene merdigeræ præstarent lintea sellæ.  
 Tun igitur leges, antiqua & jura Polonum  
 Tun passus dubios, & cæca ænigmata discis?  
 Ut discas spoliare tuum sub mane Clientem;  
 Fallere vel Vidiwas? Pupillos pellere tecto?

## SERMO LXXI.

### In Vanum Dialecticæ Garritum.

**I**Nsidiosa vocat nunc me Dialectica, cuius  
 Eludunt stupidos nunc docta sophismata sensus.  
 Subdola vafrities verborum hæc structa paratu

Im-

Implicat attonitas mentes & pectora cæcis  
 Involvit Latebris, aciemque & lumina stringit.  
 Anfractu dubio pellax versutaque lingua,  
 Nunc mera sub veri specie mendacia pingit,  
 Demonstrat rursus falsi sub imagine verum.  
 Has dum vel similes moliris sæpe chimeras  
 Dum quæris quid sit *Subjectum*, *Copula*, *Verbum*  
 Quid *Genus* & *Forma* est, *Species*, *Distantia* quidque  
*Accidat* aut *Proprium* est, *Totum*, *Discretio*, *Partes*  
*Æquivocum*, *Vnivacum*, *Substantia*, *Terminus*, & *Vox*  
 Quis *Locus* aut *Situs*, est, *Habitus* quid *Passio*, quidnam  
*Actio*, quidve *Prior*, *Postrema*, *Illatio*, *Sumptum*,  
 Sæpe neganda *Minor*, *Majorem* sæpe refellis,  
 Asteris eniterum, quod tu paulo ante negaras.  
 Et quia sæpe cedit Logicen nescire Latiné  
 Ipsa solæcismos sub *Barbara*, subque *Baroccho*  
 Sive *Baralipton*, *Fapezmo*, *Frifesomorum*  
 Congerit; o nimium pedicosa, o raucida verba!  
 Garritu at postquam longo altercantia tela  
 Concurrere simul temeré, inconclusa, furenisque  
 Utraque pars remanet, vulgi contenta prophani  
 Plausibus; o Superi quam cæca insania mentes  
 Concitat humanas, & nescia vivere corda.  
 Tu gerras tandem populo mirante locutus  
 Geræ eris, & pariter Logico Dialectica, Gerræ.

SER.

# SERMO LXXII.

## De Poetis & Principibus Poetas amantibus Ad Alexandrum de Sanctis

**P**rimi, de Sanctis, Vates, quos simplice Lauro  
 Devinctos crines duxerunt in sua Musæ  
 Culmina, Pastorum solos ignes modulari  
 Norant, si qua Puella decens, vel Nympha, juventæ  
 Ver florens ageret: fulvi nec enim nitor auri  
 Cognitus erat adhuc Musis, nec dixerat ullus  
 Carminibus pretium Mæcenas: lamina eburnam  
 Aurea nec cytharam decorabat, paupere ligno  
 Sed vili tabulâ cantus sociabat acerno,  
 Tum quoque Thessalicas pavisti Phæbe Juvencas  
 Fistulæ arundineæ ad murmur, sonitumque cicuræ,  
 Auratos præter crines prorsum inscius auri,  
 Nec solitus dextrâ auratam gestare pharetram;  
 Quis sic Præside folidulo vatum, auspice egeno  
 Atque adeo, cultos vates magis æstimet ipsos?  
 Regibus abque illis priscis aliqua esse statuta  
 Præmia carminibus, cum Reges indigi & ipsi  
 Quà facit herba thorum, viridi sub fronde cubarent,  
 Nec ferrent sceptra ulla manu, nisi matre recisa  
 A filiâ, quæ sceptra tamen jurare timebat

U

Sim-

Simplicitas vetus:at nunc Reges aurea sceptrā,  
 Et diadema ferunt gemmis auroque coruscū ,  
 Qualis erat siculus Rex, aut Hiero, Polybulusve,  
 Thrasybulusque, Gelonque, Dinomenis incluta Proles  
 Sub ditione sua qui ditia Regna tenebant;  
 Græcia nam quondam dives armisque virisque  
 Florebat partis diverso ex hoste trophæis,  
 Barbariem populata omnem; sic Persia quondam  
 Præda Pelasgorum victores viæta beavit.  
 At mox cæperunt fordescere frondea fœptra  
 Flexibilisque coronæ hederæ, cæptæque tiaræ  
 Persides, Argolicas frangi in phalerasque, rotasque,  
 Atque coma atque manus gemmâ illustrarier Indâ.  
 Nec mora cum studiis plebs arsit equumque, virumque ,  
 Pulverulenta sacris qui ludis rite novarent  
 Lustra, evitarent metam & fervente Quadrigâ  
 Axifragam; pulchris opibus hic cuncta videres  
 Splendere & gemmis; spectacula coibat ad illa  
 Gens Argiva frequens & Barbara Solis ab ipsis  
 Carceribus, studio currus allecta videndi,  
 Smaragdisque rotas radiantes atque Pyropis;  
 Sed nec Equum ludis istis opulentior ulla  
 Pompa fuit, quam quas soliti duxisse Tyranni  
 Induperatores Triquetrae; domus ulla Coronas  
 Tot nec Olympiacas, Nemeas, Pythiasque paravit  
 Isthmiacasque; sed in Levibus est gloria fluxa  
 Frondibus; & signis auri argentique nocens est  
 Tabida dente suo caries,nec viva vigeret

Vir.

Virtus, lausque virum qui verticibus cælorum  
 Pulsabant arces, ni provida cura potentum  
 Induperatorum Fabros, Vatesque vocasset,  
 Excludisse jubens spirantia mollius æra  
 Fabros, & vivos duxisse e marmore vultus,  
 Sed Vates magnumque loqui, nitique cothurno  
 Jre per alta poli, Terrarum & sede relictâ  
 Nube vehi, validique humeris insistere Atlantis.  
 Tunc in Regales aulas migrare Poetæ  
 Jussi, depulerunt manibus compagine ceræ  
 Sejunctos inter calamos, mera ligna paludum,  
 Arreptâque cheli auratâ, gemmisque coruscâ  
 Sculptilis ex eboris caveâ vel suaviter auri  
 Clangentis, similes auro ediderunt modulatus;  
 Atque ita clarorum sunt mascula facta virorum  
 Masculo item cantu modulari cæpta, simulque  
 Induperatorum atque Ducum, rudibus pecorosi  
 Posthabitâ Galateâ delitiis Tityrilli,  
 Et prælata Pali Pallas, Pallatia, Sylvis  
 Atque bicorni Apici; Pastor nam Pindarus olim  
 Sub Bæotias illicibus qui paverat hirtas  
 Capras, atque sues, aureo jacularier arcu  
 Eminus incæpit tunc tela volantia, olores  
 Ceu canos, Reges quæ dein super astra tulerunt.  
 Illo seculo optet se qui volet esse creatum,  
 Quo rudibus populis Rex Falcifer imperitabat.  
 Esse juvat nunc me natum, cum culta nitensque

U 2

Au-

Auctaque divitiis, & multo splendida honore  
Exuit antiquum Clio Regina veternum.

## SERMO LXXIII.

**S i v e D i a l o g u s**  
**Crispi & Haterii**  
**de Tiberii Principatu**  
**& divinâ Providentiâ**

**CRISPUS**

**T**Yberius regnat proh Dii quis dira Quiritum  
Fata, & quis clades poterit sat flere futuras!

**HATERIUS**

Quid cladem cladi accumulas, populique ruinam  
Præcipis ante diem; casus tum flere juvabit,  
Urbs sua civili fodiet cum viscera ferro,  
Et late adversis concurret viribus orbis.  
Nunc tranquilla quies, & pax altissima regnat.

**CRISPUS**

Pax regnat! quis pacem ausit sperare quietam;  
Si rerum Imperium sævâ tenet arte Tyrannus.

**HA.**

**HATERIUS**

Dii melius? Dii fata regunt, hominumque gubernant Imperium.

**CRISPUS H**

Nempe ista Deos discrimina tangunt!

**HATERIUS**

Contra aliud sentire, nefas.

**CRISPUS**

Mortalia sceptræ,

Fortunæ subjecta jacent.

**HATERIUS**

Fors lubrica nullum

Jus habet in Superos.

**CRISPUS**

Superi sua gaudia curant

Non hominum.

**HATERIUS**

Constante tamen stant omnia fato

Decretumque Poli manet inviolabile terris.

**CRISPUS**

Si terræ æterno regerentur numine Divum ,

Non fraudes, non insidiæ, non impius hostis

Vexaret populos, virtus sua præmia haberet,

Sed cæcâ ut video caligine volvitur orbis.

Astra Jovi cedunt, terras Fortuna gubernat.

**HATERIUS**

Astra Jovi parent, & tellus subjetat astris

**CRI-**

**CRISPUS**

Juppiter à nostris rebus semotus olympum  
Occupat;

**HATERIUS**

Ut partes oculos deflectat in omnes

**CRISPUS**

Ipsa sibi studet.

**HATERIUS**

Hinc curas extendit in orbem;

**CRISPUS**

Scilicet ut pulsā regnet virtute Tyrannus  
Insultetque bonis.

**HATERIUS**

Hæc merces digna bondorum

Quod tandem meritis dabitur Locus;

**CRISPUS**

Aspice Sontes

Per fas, perque nefas laxis dominantur habenis

**HATERIUS**

Ah! si intus mentem aspiceres!

**CRISPUS**

Jacet inclyta virtus,

Sceptra tenet vitium.

**HATERIUS**

Paulum subsiste, peribunt

Impii;

**CRISPUS**

At interea felici pace fruuntur

HA.

CR-

**HATERIUS**

Felicesne vocas quos atra lacescit Enyo?

Quos Nemesis sequitur tortis accincta flagellis?

**CRISPUS**

Hos tamen ambit honos.

**HATERIUS**

Brevis est haec gloria;

**CRISPUS**

Cuncti

Hos metunt.

**HATERIUS**

Mihi crede, odio sunt omnibus, & quos

Ipsi odere, timent.

**CRISPUS**

Faciunt tamen arma tremendos

**HATERIUS**

Arma hostem generant.

**CRISPUS**

Armis quoque vincitur hostis.

**HATERIUS**

Sæpe hosti victo virtus redit;

**CRISPUS**

Omnibus ille

Fortior, armato qui milite continet omnes.

**HATERIUS**

Armorum grave jus.

**CRI-**

## CRISPUS

Fateor, tamen imperat orbi  
**Impietas.** Et nunquam quisquam paret ulla Deorum  
 Numinum? HATERIUS

Sunt certe, & vindicta Deus æthere ab alto  
**Omnia** mente regit;

## CRISPUS

*Cur florent ergo nocentes*  
**Dum** torquet fortuna bonos? cur sidera tanto  
**Ordine,** tam certis volvuntur tempora causis?  
**Ut** ver nunc redeat, Cererem nunc concoquat æstas,  
**Autumnus**que sequatur Hyems? cur Juppiter arcto  
 Fædere amicitiae Naturæ elementa ligavit?  
**Astro**rumque regit cursus, solisque meatus  
 Præscribit, servatque vices, si regnat adulter,  
 Si scelus in pretio est, si fraus dominatur in aulâ,  
 Si populus colit immeritos, laudatque nocentes,  
 Dum vexat fors dira bonos.

## HATERIUS

Redit actus in orbem  
**Circulus,** atque eadem bis ter repetita recurrent.  
 Disce igitur secreta Deum. Si prospera pravis,  
 Atque adversa bonis fors est, Deus omnia fata  
 Dispensat, volvitque vices, tenebrasque, diemque

Pa-

Partitur, quosdam exagitat, perque ardua ducit,  
 Ut tentet, quæ sint vires, quam firma lacertis  
 Robora; quid valeant humeri, quid ferre recusent.  
 Utque Pater gnatos diëtis castigat amaris,  
 Curisque exacuit, casusque induitat in omnes  
 Ut sibi succedant; servorum crima contra  
 Negligit, & laxas in colla remittit habenas,  
 Sic Deus ipse suos variis pietate paternâ  
 Exercet stimulis, passimque per ardua raptat,  
 Ut virtus, quæ per varios exercita casus,  
 Nobilior damnis, de clade emergere possit  
 Conspicua, & merito tandem potiatur honore.  
 Sic Aquila ad solem fætus probat, ignibus aurum  
 Excoquitor, dignusque fuit Tirynthius astris,  
 Cum super impositos cervici sustulit orbes.  
 Sic Iusti assurgunt, propriâ perit Impius arte,  
 Et Deus æquali bona vel mala lance rependit.  
 Quod si lentior est, nec semper protinus Ille  
 Fulminat in fontes, & senior intumet ira.  
 At vigili stat mente memor, tandemque nocentum  
 Crimina suppicio Nemesis graviore coercet:  
 Si nos Tiberius diris nunc obruit armis,  
 Quam primum Ausonium Germanicus afferet Orbem

W

SER.

## SERMO LXXIV.

Vir justus & sapiens  
nunquam loquitur contra jus  
animique sententiam.

**A**Neus ille tuus, Phalari, letaliter instet  
Taurus, & infestent Siculi tormenta Tyranni;  
Non iræ, torvi vultus, fastusque minaces,  
Impedient Te vera loqui, justumque tueri,  
Nec Te blanditiæ, solitæ generosa movere  
Pectora, submissæque preces, & dulcia verba,  
Donave, quæ valeant homines placare, Deosque  
A recto valeant unquam divellere cursu;  
Non timidas, non indignas expromere voces,  
Quas misere eructat vilis Parasitica turba,  
Sarmatico addicta obsequio fari, atque tacere,  
Assumens varios Vertumni in corpore gestus,  
Ut Proteus, vultusque novos, & mille figuræ.  
Pulchra quidem capita, ast intus nec habentia sensum,  
Nec cerebrum; magni ridendæ nominis umbræ:  
Cetvorum similes; qui frustra ingentia gestant  
Cornua, cum desint animi, trepidentque pavore.  
Venales animæ, queis fas, ubi maxima merces,  
Et cuius placeat pretium, nil turpe putantes  
Multos Thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos.  
Mul-

Multi homines, paucique viri qui fortia præsent  
 Omne feret tempus *Clodios* non omne *Catones*  
 Ingenuo nihil est homini nisi *Turpe* timendum,  
 Sic animo infracto quondam *Romana* *Virago*  
 Infligit sibi met vulnus; dixitque marito  
*Non hoc, PÆTE, DOLET, virtutem in morte sequamur.*

## SERMO LXXV.

## De vera animi Tranquillitate.

**N**emo Deo dignus, quam qui contempferit aurum,  
 Quærat avarus opes, atque ambitiosus honores,  
 Expetat & Venerem mollis, Bacchumque gulosus;  
 Sum multò major, sumque ad majora creatus,  
 Quam sim mancipium mī corporis: altius instant  
 Mens animusque mīhi, cælesti ab origine ducti.  
 Hoc proprium est brutis animantibus esse subactum  
 Sensibus; ast homini ratio, & quod dictat honestum,  
 Intra nil strepere, & nullā pallescere culpā.  
 Sit corpus castum, mens pura, & sobria mensa.  
 Nempe voluptatem fugienti, summa voluptas:  
 Nam dolor, ac mæror sequitur, virtute relictā.  
 Vist bi propitios Divos, hominesque? *Ronni sis.*  
 Vive Deo, fac ut vites mala gaudia vitæ.  
 Vis nunquam tristes animos; bene vivere cura,  
 Vis nunquam lætos? *Injustus & Impius esto.*

W<sub>2</sub> Sup.

Mot.

Supplicium innatum est sceleri, quod verbere surdo  
 Continuo mentem exagitat, compungit, & angit.  
 Nec Judex ullus tam formidabilis, atque  
 Interior testis: miseris, si respuis istum.  
 Sed contra, cælesti bonum est mens conscientia recti:  
 Ex quâ cuique sua & spes & fiducia rerum est.  
 Hæc vel sola sibi plenum queat esse Theatrum.  
 Lenta quidem vindicta Dei; sed durius instat:  
 Quæ dilata diu, graviore hæc verbere cædit.  
 Umbra velut corpus sequitur, sic pæna nocentes.  
 Perdere quem Deus instituit, corruptit Eadem  
 Consilia, obscuratque atrâ caligine mentem.  
 Te Genius, custosque tuus, ubicumque locorum  
 Intuitur, scrutansque tuæ penetralia mentis,  
 Admonet assidue ut rectum justumque sequaris,  
 Et tanquam præsente geras te Numine, & ipso  
 Teste Polo: vigilant oculi super omnia Divum.

## SERMO LXXVI.

### In alienæ famæ Contemptores ac Derisores

**N**ihil adeo facile est, alios quam carpere, famam  
 Lædere, & hoc proprium munus solet esse maligni.  
 Lingua procax, vibrans gladius, metuenda sagitta.  
 Non sic viperei morsus, non aspidis ictus

Mor-

Mortales feriunt, ut pravæ spicula linguæ,  
 Nec tantum vivos, infestat & illa sepultos.  
 Quod nequeant præstare ignis, vel toxica, pestis  
 Ista creniat, necat, absmit, quantumque remotos.  
 Sævius est linguâ, quam pyxide ferre venenum.  
 Tacti odio vel amore homines, culpantque, probantque,  
 Promptior est natura malum, quam dicere verum  
 Fallitur is, qui quos læsit, sibi credit amicos.  
 Pulvere conscribit lædens, sed marmore læsus.  
 Vulnera sint curata licet, manet usque cicatrix,  
 Ut benefactorum subita est oblivio, sic diu  
 Menti insculpta manet quæcumque injuria facta est.  
 Corporis exigua est, animorum injuria major.  
 Hinc præstat lædi potius quam lædere velle.  
 Milvinis aliena oculis peccata videmus,  
 Nostra columbinis, sic cæca Filautia fallit.  
 Atque adeo multi, nil rectum, nobile, sanctum,  
 Esse putant, quod non ipsis auctoribus actum,  
 Quod nequeunt præstare, id non præstable credunt;  
 In quo desipiunt, alium insanire putantes.  
 Observant papulas alienas, turpibus ipsi  
 Infecti ulceribus, & putri tabe fluentes.  
 Hoc stulti proprium est, aliorum cernere mendas,  
 Ignorare suas: oculis vellunt alienis  
 Festucam, proprioqne trabes in lumine gestant.  
 Virtutem solam statuunt, quodcumque probarunt.

Al-

Fili & ipse nova natura prole graveatur.

Alterius semper spectatur mantica tergis,  
Nulla suis; utinam fiant hæc ordine verso,  
Ut sua conspiciant vitia, atque aliena relinquant.

## SERMO LXXVII.

In Pulpitarios five Concionatores qui  
sacro relicto eloquio ad physicas se  
conferunt quæstiones.

**H**Aud Te præteream, qui sancta arcana Deorum  
Cælestesque aditus quæris, mentisque supernæ  
Internos sensus, Sophiæ quos charta beatæ  
Explicat, & cui sunt divina volumina cordi,  
Ut populum doceas clarum discernere solem  
Rebus ab umbratis, distet quid devius error  
A vero, à vitiis virtus? à crimine merces,  
Utile quod sit iter, quo limite tendat ad astra,  
Pulpita conscendis; sed cum sacra dogmata Christi  
Et scripta in tabulis quæ continent Enthea Mosis  
Pagina, & hi monitus quos claudit epistola Pauli  
Et quæ sancta cohors cælesti afflata calore  
Scripsit ad abstrusas penetrantia verba medullas  
Debeat esse tuus sermo, & tenearis obire  
Hoc solum munus, penitusque huc tendere gressum,  
Stare & in hoc totus, possis quibus artibus, & vi

In-

Inflammare hominum affectus, humanaque vota.

Hoc unum ut studeant superas contendere ad arces;

Præmiaque æternæ Patriæ præferre caducis,

Virtute m amplecti egregiam, vitiumque fugare;

Perpetuamque horrere necem, pænasque malorum,

Gaudiaque & requiem Regni sperare Superni;

Talibus omissis, ut nil facientibus ad rem,

Niteris hoc uno, totusque huc tendis & instas

Texere materias grandes, secretaque cæli

Arte aperire novâ, populoque placere sedenti.

1. Quid solem per inane regat, quibus erret in orbes  
Legibus adstrictus, varioque per æthera gyro  
Palantes inter colludere gestiat ignes.
2. Exceptos quâ vi refringat vitreus umbo  
Splendentes lucis radios, quâ lege vagantes  
Colligat in nodum complexus, & ima supremis  
Vertat, cur amet obtentas pictura tenebras.
3. Quid moveat tubulis argenti fusile pondus  
Impulso vario, refluxas cur unda metalli  
Sæpe vices subeat diuturnæ inimica quieti.
4. Quos agitant motus, magnetica corpora, qualis  
Cautibus est sensus, silicique innata cupido  
Quidve volunt, quid amant, & quo se Numine tollunt.
5. Inclusam quâ vi Terram circumambiat aer  
Urgens mole gravi; errantes quo pondere cogat  
Particulas; quanto oppressus sese explicet i&ctu.
6. Quo motu pariat tellus, unde auctus alatur  
Fætus & ipse nova maturus prole gravescat.

7. Unde, unquam cursu latices cessante ferantur,  
 Unde acris salsa maris, quid flumina prono  
 Exonerent cursu & vastum labantur in æquor  
 Cum tamen hoc sumptis augeri nesciat undis,  
 Unde fapor varius diversæ existat aquai,  
 Cur fontes fervere gelu, frigere sub æstu.
8. Quid regat alternos æstus, quâ vi alta tumescant  
 Äquora, & elatis insurgant fluctibus undæ,  
 Quidve eadem jubeat retro sublapsa referri.  
 Hæc & plura simul dum naturalia tractas  
 Confugis ad Newton, Galilæum, Chartesiumque,  
 Et variis hominum mentes ambagibus imples;  
 Denique quo indocili turbæ videare sapisse  
 Rhetoras, Historicos & picta poemata Vatum  
 Quidquid & Astronomi fingunt recitabis ad unguem  
 Dulce modo & loqueris, nunc fles, nunc ordine verso  
 Fabellam texis, quæ risus excitet, inde  
 Invenis in vitium, sudas, & voce sonorâ  
 Acriter exclamas & verba minantia fundis.  
 Tam benè & Elysios pingis, stygiasque cavernas  
 Nigrantes Erebi tegetes, pænasque nocentum.  
 Versatus tanquam fueris cum Gente rebelli  
 Aligerum sub nocte diu, vel forsitan illic  
 Conductas teneas sedes, & manibus ipsis  
 Sit data certa fides, illuc te velle reverti.  
 Hæc tu dum rudibus tam mira stupendaque jactas  
 Te asserit esse Deum vulgus, miratur, adorat,

O.

Oscula vel pedibus, manibusque infigere Sanctis  
 Tangere vel saltem tunicam putat esse beatum.  
 Tunc tibi bellus homo es, nimium tunc credule gestis.  
 Inde tibi obstipo surgunt in vertice crista,  
 Sedeque sublimi positus fortasse videris  
 Sidereas penetrasse domos, tumidumque supremo M  
 Insertare caput cælo, populumque jacentem  
 Reptare ut pecudes per humum, dehinc pectori ficto  
 Deflere effictim simulas, graviterque dolere  
 Illorum inscitiam grandem, vesanaque corda.  
 Non tamen interea suasu tua lingua potenti  
 Fructum aliquem pariet tanto exagitata labore.  
 Namque ubi ventosæ vis ambitiosa loquelæ  
 Detonuit primum, & vani cessere fragores,  
 Insanos ritus, & vitæ exosa prophanaæ,  
 Jlicet excussâ repetunt formidine mentes.  
 Ergo qui populo mera nugamenta dedisti,  
 Colligis & nugas, vanoque e semine jacto  
 In campos steriles nasceretur fabula vana.

### NOTE

1. Systema Copernicanum.
2. Camera obscura.
3. Ascensus & descensus Mercurii in Barometro.
4. Vis Magnetica.
5. Machina Pneumatica.
6. Vegetatio.
7. Meteoræ.
8. Fluxus & refluxus maris,

De his omnibus differentem in pulpito Concionatorem Romæ  
meis auribus accepi

X

SER-

## SERMO LXXVIII.

In vana Sacerdotum ac Prælatorum vota.

**M**ENS erat intactos mea plectra relinquere quosdam  
Horum ego cum pars sim, numeroque adscriptus  
eodem.

Me tamen invitum stimulant licet ipse negarim  
Mystæ ac Pontifices, Synodus reverenda, pudica,  
Ut referam, de se jactent quid murmura vulgi,  
Parcere promittens, culpamque remittere scriptis.  
Pace tua sacrata cohors, hæc paucula, postquam  
Sic vis, & mandas, quamquam sint dissona sacris  
Ordinibus, calamo flebit mea Musa gementi.  
Vos quia sal terræ, atque aliis exempla daturi,  
Hoc queror, hoc doleo, quod pars bona nulla penes vos  
Nullaque virtutis facies, vestigia nulla  
Moribus apparent vestris probitatis honestæ.  
Ni *Sanctum Officium*, si quis tamen illud ad unguem,  
Saltem aut perplexè aut mutilo sub murmure dicat  
( Hos tamen excipio, Veneris quos improba flamma  
Non coquit illicitæ, sed casta atque integra vita  
Sancta que Relligio vere facit esse beatos.)  
Quale ego vidi odium inter vos? qualeseve sagittas?  
Invidiæ stimulos? & tela latentia condi?  
Non ferro rem agitis, sed subdola machina linguæ  
Tan-

Tanquam aries, famam ficti subvertit Amici.  
 Finguntur vultus hilares, mellitaque verba,  
 Abstrusa at latitant cæcis mera toxica fibris.  
 Nunc Grandem incusat Minimus, Minimum modo  
 Grandis.

Ille dolet decimas quod parcus exigat, & quod  
 Tam male respondent positi sub fænore nummi,  
 Quodque parum reddant segetes & semina jacta,  
 Nunc geminat lucrum, queritur nunc perdere sortem  
 Prædia quid reddant, quid dent armenta, gregesque,  
 Quid cerevisia, vel quid mulsum, quidve popinæ  
 Quid vel apellarum magalia Judæorum  
 Nocte dieque studet; sic singula quæque revolvens  
 Multiplicat, numerat, summat, partitur, & aufert.  
 Sic miser insanit, curis mordetur habendi,  
 Nunquam pax animo est, nec mens, nec corda quiescunt.  
 Hunc premit ambitio ductum popularibus auris,  
 Sceptra ambit Themidis, Ceram flavam, atque sigilla,  
 Queis sine cuncta labant rerum documenta, ratumque  
 Et firmum nihil esse potest, quo infensor hostis  
 Sit Patriæ, vendit civilia sacraque jura:  
 Sarmata sic tantis & quod contexuit armis  
 Proditor unus, iners angusto tempore vertit.  
 Hunc damnosa gulæ nunquam satiata vorago,  
 Pernicem, tempestatem, harathrumque macelli  
 Destruit, & sepelit sacros in viscera census  
 Multiplices quærens elementa per omnia gustus

Hic vacuo tumidus vento, fastuque levatus  
 Innumeros pascit servos, non utile vulgus,  
 Omnes detunsoſ, longis in vestibus omnes,  
 Vestibus illuso fulgentes eminus auro,  
 Gestantes lateri frameas & fortia pila,  
 Pila Rutheniacos utinam fractura furores  
 Ornamenta ſolum nunc pendula: diruit ILLum  
 Usque infrenus amor ſcortorum, aut alea pernox  
 Non animas populi curant, nec Templa Deorum  
 Vocem edunt nullam ad populum, niſi ut Aucupis inſtar  
 Auribus & Regem capiant & Regis amicos,  
 Ad tetram ingluviem ganeis inſamibus explet,  
 Vino, deſiciis, fædâque libidine pleni.  
 Non ita Adalbertus, non Stanesilaus, & illa  
 Lumina, Sarmaticis qui conſedere cathedris;  
 Semina qui veræ ſparſerunt Relligionis;  
 Sobria, cuſta, illis vita, ambitione remota  
 Usque fuit, veniam cum fletibus & prece multâ  
 Numinia poſcebant; quid fastus, quid Venus olli  
 Quid gula, carnifci jugulum qui porrigit ultro?  
 Spes regni cælestis erat quod vertere nulla  
 Vis hominum, quod nulla dies consumere poſſet  
 Hinc Templa erigere, & ſanctos præſcribere ritus  
 Informare pios mores, perque oppida Gentes  
 Luſtrare innumeratas, Christique accendere amorem  
 ILLis unicum opus, labor unicus, unica cura;

Pa-

Hi

X

*Pastoris vigilare boni est, Dominoque valentes  
Et salvos prestare Lupis ab edacibus Agnos.*

## SERMO LXXIX.

### De Creatione Mundi.

**H**oc quodcumque vides, quà gemmea porrigit æther  
Mænia, flammiferosque orbes, sine luce fuit res  
Ante satum tempus; moles torpebat acervo  
Segnis in ignavo, e nihilo quam jusserat esse  
Omnipotens Faber, atque ubi nunc stat florida tellus,  
Incubuere mari latices: cæli aurea templæ  
Sideribus caruere suis; errabat habenis  
Oceanus laxis; montes & aquæ occultabant;  
Spiritus usque ferebatur super amnica terga  
Spiritus altipotens, agitantis cuncta; Benignus  
Ille ratas Partitor opes digessit in orbem  
Materiæ numeris connectens dissita membra.  
Alba dies quæ nunc resplendet sole corusco  
Mersa erat ante situ noctis, nigrantibus alis  
Nox horrenda, Erebi Conjux, face clarificata est  
Candenti Lunæ, atque oculis modo tot micat aucta  
Circumeunte celer gyro quot lumina vertex  
Celsus habet, jam constrictis & nexibus apta  
Irrequieta rotis alternis progrediuntur;  
Cum subit una, fugit subito altera, cum fugit ista

Le-

Lege reversa subit simili mox altera; Gens est  
 Ulla peregrinis neque tantum barbara in oris  
 Quæ certas non esse vias sciat ætheris alti.  
 Artificis Domini enarrat miracula mundus  
 Cantat opus celebratque illius Regia cæli,  
 Nobile opus, quod præpetibus vehit anxia pennis  
 Gloria; quis vultum sublustrī noctis in umbrâ  
 Atollens; non ire globos stupeat flammantes?  
 Hic Anguis serpens sinuosa volumina torquetur  
 Hic Vultur, Aquila atque volant. Hyades fulgescunt  
 Parte alia, splendescit ibi nimbosus Orion  
 Hinc Canis Erigones oritur, Lepus assilit inde.  
 Vel cum mane novo jubat emicat Oceano alto  
 Purpurei Orbis iter quis non mirabitur; aurea  
 Sive comâ intonâ jaculetur spicula longe  
 Fervidus, & candens malâ ignicolore rubescat.  
 Non secus ac Juvenis thalami penetrale relinquens,  
 Quem sponsæ placuisse novæ tenet unica cura,  
 Murice bis tinctâ chlamyde procedit amictus  
 Texta gerens illusa auro, radiantia gemmis;  
 Seu cum decurso magni impiger æquore Circi  
 Pyroin, Eoon, Æthona, Phlegontaque quartum,  
 Lucis equos Mauram properat trans condere Calpen  
 Par centum gemino viresque animosque Giganti  
 Carcere ab Eoo postremi ad littus Atlantis.  
 Omnia vitali perlustrat ubique calore,  
 Omnia producens auget, Pater auctaque nutrit,

Tunc

Tunc reliqua *Errorum* verbo edita, & addita signa,  
 Quinque ligata fides *Zonis* tunc ætheris alti:  
 Illius arva levis suprema sibi abstulit ignis  
 Constantique locum conservat mobilitate;  
 Quem juxta per inane vagus diffunditur aer,  
 In species variare potens se quaslibet aër.  
 Partibus aëriis Mundi Terra insita sedit  
 Pondere nixa suo ne quoquam inclinet, avara  
 Hanc circum tumidi late maris æstuat unda,  
 Unda tenens fines quos transiliisse negatum est.  
 Deliciis opibusque Parens illa omnium abundat,  
 In valles modo deprimitur, nunc se in sola profert  
 Temperie variâ felix, gremioque feraci  
 Nunc alte elatis contingens rupibus astra  
 Auctorique Deoque facit sacra vertice nudo  
 Fumifera in exhalans nebulam, ceu thuris odores.  
 Quid nemora in nubes illinc surgentia dicam?  
 Cum errantes tollunt ramos ceu brachia pansa.  
 Nonne ubi flant Zephiri, Zephiros Tu psallere credas  
 Dulce Deo carmen? vel ubi ruit agmine denso  
 Lympha strepens par saxa, per irriguas convallis  
 Hoc meditatur idem? certe Domino ora movere  
 Aspicis omne genus volitantum, hoc suavius, arte  
 Quo mage cantillant nullâ; Tu mille volucres  
 Una inter Philomela melos vigile modularē  
 Contento de nocte sono; sublimis Alauda  
 Succedet cum luce tibi, Numenque sub astra

Lau-

Laude vehet repetens jucundi gutturis odas.  
 Fallor? an & mutæ pecudes, & secla ferarum,  
 Qua pote quæque suâ compellant voce Tonantem  
 Implorantque? polos pulsat per nemora alta  
 Mugitu Taurus, quoties stimulat jejunum  
 Atra fames, fremituque Leo sibi pabula poscit  
 Syrte in arenosâ, quando dapis errat egenus.  
 Marmore sub vitreo pelagi gens muta natantum  
 Non taciturna meat laudes in Numinis; illam  
 Adspice cum motu pinnarum cærula verrit  
 Jpsius in laudem strepitent ut cærula versa.  
 Adspice cum picto per nubila fulsit in arcu  
 Iris amor cæli, & velamina mille colorum  
 Induit, haud falso cretam Thaumante Poetæ  
 Finixerunt; hoc arcu in Gentes Numinis ingens  
 Exit dius honos: segmentis quattuor annum  
 Adspice distinctum: orbe suo prior ingreditur ver  
 Ver tenerum; antevolat Zephyrus quod nuncius ales  
 Mobilis, & Domino placidis afflatibus usque  
 Signat iter; cui Flora ultro nova germina fundit,  
 Vermiculata parans agili diademata dextrâ:  
 Inde loci fragrans ardoribus ingruit Æstas,  
 Asseclaque Æstatis spicis redimita capillos  
 Pulverulenta Ceres, tunc flamina Etesia regnant  
 Queis medio calor ille die se mitigat; inde  
 Pomifer autumnus profert os; & simul Evan  
 Mite caput cinctus viridanti palnito obortæ;  
 Hinc

Hinc tempestates incertâ fronte sequuntur  
 Ancipitesque Aurarum animæ; sæpe Æthera tergit  
 Trux Aquilo, inficit aut Auster, nebulas fugat iste,  
 Fulminis ille potens; oppressis ingerit arvis  
 Denique Bruma nives, & hyems rapidos gelat amnes,  
 Tristis hyems canâ crines aspersa pruinâ  
 Artibus atque tremens luculentos ante caminos.  
 Ordine perpetuo sic singula quæque creata  
 Dia magisteria artificis referunt, celebrantque;  
 Nos quoque nos illuni merito tollamus honore,  
 Dignior est nemo, quem carmina nostra celebrent,  
 Contulit ille manu largâ sua munera nobis  
 De meliore penu infundens mentemque, animumque  
 Ipse sui in terris voluit nos instar habere,  
 Quos propriâ donavit imagine; spargite thura  
 Mascula, flamma cremet costum; cum messe Sabæa  
 Cum donis Arabum ter Magno vota Parenti  
 Addite, Te ante omnes fidibus contendere mecum,  
 Et plectro tenuare modos juvet Inclyte Sancti  
 Mopsopios cuius profundunt Labra liquores,  
 Cui cytharæ genus omne suæ transcripsit Apollo,  
 Qui constans inter turbas pietate, fideque  
 Nil prius antiquâ veneraris Religione,  
 Cælestisque hauris Documenta perennia vitæ,  
 Nocte dieque sacros totus meditando Prophetas,  
 En præeo Alexander, cum mens feret ipse sequeris.  
 Sed quis ab ætheria fulgor mihi canduit arce

Y

Per-

Per sudum rapido ceu fulminis igne coruscans?  
 Numinis aula mihi præpanditur Omnipotentis;  
 Hic ubi cuncta Pater nutu pollente gubernans  
 Jura polo & terris sua dividit & Pelago alto.  
 Axis in excelsi dorso supereminet Aula,  
 Quâ nulla humanæ pervadit vis rationis.  
 Stant ad amante fores; stant Jaspide recta, refulget  
 Berylo paries; camera at resplendet eburna  
 Auratis trabibus, ex omni flumina parte  
 Flamarum eructans; complectitur atria serpens  
 Exteriora domus, placido qui pectore pressa  
 Cuncta terit, vernans squamosi & tergoris austu  
 Perpetuum, ætatis contemnit damna vetustæ,  
 Et tacito relegens in se primordia lapsu  
 Inseruo ore tenet caudam: premit aurea scamina  
 Hic solii æterni Rector, Deus Ille Deorum,  
 Quamque penes *Virtus* colit hinc, colit inde *Iuventa*.  
 Pulchra *Iuventa*, capillitii spectanda decoro,  
 Fulta jecur *Virtus* invicto robore: mensæ  
 Altera cælestis disponere fercula, nectar  
 Porrigere apta manu; Regni hæc extendere porro  
 Summatum, hostiles & vi repulisse timores.  
 Sub pedibus fatum, naturaque Dædala rerum  
 Jussa ministeria acceptant; cita sæcula volvit  
 Temporis hinc fons emanans: hic explicat ingens  
 Amphitheatra locus; vires sumit, reparatque  
 Motus ab Immoto; arguto ad normam & rotat orbem

Con-

Convenienter pede: hic nutus obseruat heriles  
 Illa etiam Dea, quæ humanas res pulveris instar  
 Sicci agitans, fasces Procerum, Diademata Regum  
 Proterit, ad lacrymas usque illacrymabilis, hic se  
 Conditor Ille suæ sic agmine lucis obumbrat,  
 Ut visu Indigetes illam vix ferre potis sint,  
 Indigetes Divi, gens liminis Accola sacri,  
 Sortis inæquali similes sed prosperitate.  
 Carminis assidui concentibus Aula resultat;  
 Suspicio hinc nobis quoque mens perculta calecit,  
 Alme Parens salve, Mundi genialis origo,  
 Cuncta regis macto qui condita Numine; salve  
 Magne rerum Opifex, hominum Sator optime; flecto  
 Mentis utrumque genu Te coram; ad cœrulea Cœli  
 Intendensque manus, quæso, nostra exue diris  
 Corda cupidinibus, immersosque æquore tristi  
 Subvehē ad æthereas sedes, qua Patria nempe  
 Celsa Tui memores manet; O! da pectore lato  
 Securis tandem liceat Tibi condere grata,  
 Promere honora Tibi; nil suspiciamus inane  
 Posthac, nil falsum; sed quamquam hic cortice clausi  
 Corporeæ, vigiles pergamus figere visus  
 In te animi, caput atque Bonorum principiale  
 Per illustrare, Tuâ squallentis pondera Massæ  
 Discute luce; fuga tenebras & nubila Mundi.  
 Splendida Tu lux es: Te cernere summa voluptas,  
 Quæ capienda patet nulli, Te mi Deus, extra.

## SERMO LXXX.

## Unius Dei Providentiâ regi Mundum

**S**i quisquam certâ scrutari indagine Numen  
 Ambit, & æterni Regis penetralia adire,  
 Non Terram, Cælum aspiciat; Deus incolit astra  
 Mille poli augustis spargens miracula in oris.  
 Ecquid enim magis est clarum, cum lumina sursum  
 Sustuleris, superosque lares lustraveris infra,  
 Et circa quaqua versus, quam Numinis esse  
 Mentem infinitè præstantem, cuius in omnes  
 Naturæ partes vis pollutissima manet,  
 Cuncta movens, cuncta inspirans, ac rite gubernans.  
 Orbem cerne Poli, quam late extenditur, & quam  
 Assiduo gyrans velociter impete currit,  
 In noctem vel quod fixis distinguitur astris,  
 Vel quod clarescens in lucem sole nitescit:  
 Quam mira & divina Dei libratio in illo  
 Sit plane noscere; vide ut annum solis inardens  
 Circulus efficiat: mensem vide ut innuba Luna  
 Circumagens æctu signet, senio atque labore.  
 Quid memorem noctes, ac luces perpetuo in se  
 Orbe recurrentes, ut sint alterna quietis,  
 Atque operis nobis moderamina: cætera spectent  
 (Huius enim mundi ornatum qui Principe censem.  
 Non à divino perfectum, sed temere actis

In-

Inter se se atomis coiisse in membra, globumque,  
 Desipiunt mentis sensu omni oculisque carentes)  
 Sidera, mens quibus est erectior, ac datur ore  
 Magno, magna loqui, doceat nos *Stayus* \* astra  
 Singula, quâ fuerint etiam ratione locata,  
 Quotve modis choreas obeant Circo incita in alto,  
 Magnus constrictis pedibus magnusque solutis  
*Stayus*, exsuperans *Ciceronem*, *Lucretiumque*.  
 Quid cum tam stabili frugum variante tenore  
 Temporis ordo facer sibi competit, anne Parentem  
 Auctoremque suum testatur? amabile fertis  
 Ver caput umbratur, floresque excludit odoros;  
 Spicifera est Æstas, Autumnum Pampinus ornat,  
 Palladiis hiberna virescunt tempora olivis,  
 Quam seriem sic continuam nisi maximus Ille  
 Dirigeret Rector certe rationis habenis,  
 Turbari facilis foret, & sine Legibus iret:  
 Ipsaque consciisis gemeret natura capillis,  
 Et pullâ faciem vestiret nubila palla,  
 Ceu Phaethonta novum, ceu Deucalionâ timeret.  
 Jam quantæ prudentiæ, Hyems ne frigore terras

Urc-

## NOTANDUM

\* Benedictus Stay Rhagusæus Clem: XIV. Sanctissimè ac Sapientissimè Regnantis ab Epistolis Latinis, qui Musarum nectare & ambrosiâ res imbuens gravissimas, Charsatum scilicet & Newtonium versibus illustrando; non solum Recentem Anti-Lucretium, sed & Lucretium ipsum post se reliquit.

Ureret una, aut una Aëstas ardore eremaret,  
 Veris & Autumni medias interserere horas  
 Horas clementer molles, ut transitus Anni  
 Pergat ita innocuo sua per vestigia flexu.  
 Cerne æquor; veluti fræno constringitur acta,  
 Et nullo refluos errore reciprocat æstus.  
 Arboreos specta fatus, animantur ab ipsis  
 Visceribus terræ; ac fotu Nutricis aluntur.  
 Fontes contemplare, fluunt per prona citato  
 Gurgite, nec venis usquam sicutibus hærent;  
 Aut hic si pereunt, alia exiliere scatebrâ.  
 Flumina contemplator, cunct exercita semper  
 Cursibus obliquis rectisque & pocula præbent  
 Ex æquo Humano Generi, Generique Ferarum.  
 Quid loquor ut capita extollant sua, dorsaque montes  
 Ilic, hic flexo declinent tramite colles  
 Paulatim, at valles alibi sinuentur in arctum,  
 Explicit ut tellus campos effusa patentes,  
 Utque Lacus, stagna ut protendant æquora aquai.  
 Ulterius ne sequar collata animalibus arma,  
 Tute lamque sui? versu describere formas  
 Tam varias tam multiplices; hæc unguibus, illa  
 Dentibus, hæc camuris defendunt cornibus hostem;  
 Hæc corio armantur, squammis hæc sunt clypeata,  
 Ita pedum motu celeri discrimina vitant,  
 Illaque remigio alarum, nostra ipsa fatetur  
 Forma Deum artificem imprimis; erectus ad æthram

Vul-

Vultus, ceu speculâ in vigili sunt fronte sub alba  
 Lumina, sunt reliqui sensus velut arduâ in arce.  
 Nil est in nobis membrorum, quin suus illi  
 Sit decor atque usus; quodque admirabile plus est,  
 Omnibus una eadem facies, sed cuilibet oris  
 Quoddam deflexum est specimen: sic esse videmur  
 Inter nos similes, cætum cum cernimus, at cum  
 Lumina spectatum modo in hunc, modo vertimus illum  
 Dissimiles reperimur; inest sua cuique figura,  
 Intuitu facili præbens discrimen apertum.  
 Quid ratio constans pascendi, quid generandi in-  
 Nata cupido; Dei an non alta mente profecta est?  
 Nec solum toti Mens Rectrix consulit orbi,  
 Sed curat partes etiam servatque minores.  
 Nilus in æstate augetur per sola abundans  
 Sicca, Paretonium rigat omne & Osiridis oras  
 Unicus in terris Ægypti totius amnis,  
 Septenoque ferox cornu decurrit in æquor.  
 Assyriam colit Euphrates, proque imbribus illi est,  
 Conserere atque rigare Orientem dicitur Indus,  
 Gemmifer Indus & uno aptus bis frugibus anno.  
 Quod si forte domum introgressus ibi omnia culta  
 Recte & disposita offendisses, nempe præesse  
 Reris Ei Dominum, & potiorem his omnibus esse  
 In mundi hâc aula prædivitis, haud secus ipsum  
 Cum cælum aspicias, terramque & singula certo  
 Fædere tum volvi, tum stare decoriter: an non

Effe

Esse Deum credas rerum Dominum atque Parentem,  
 Ipsiſ sideribus, mundi quoque partibus ipſis  
 Formosum eximiumque magis, magis atque Potentem.  
 Jam quia non dubitas, dubitas utrum Imperio orbis  
 Unius anne Deum cætu conſorte regatur.  
 Quod facile ac promptum cuivis aperire, videnti  
 Terrena Imperia; a celo quibus æthere ſumpta  
 Exempla, an Regni ſociis primordia Regni  
 Culta fide certa? num fuſi ſanguinis expers  
 Ambitio diſceſſit? origine ſæcula ab imâ  
 Excute; ſceptræ duo nunquam gessere Potentes  
 Concordi ſtudio: commiſit utrumque Megæra,  
 Clam ſcelus in ſcenam Tragicis meditata, palamque;  
 Persarum mitto Reges. hinnitus equorum  
 Est ſolii quibus augur: omitto prælia Thebe  
 Quæ Fratrum aspexit; quis non bella horrida bella  
 Scit Generis Socerique; duos minimè capit aula,  
 Unus Rex apibus, gregibus Dux præminet unus:  
 Rector in armentis unus: tu dividi in alto  
 Credas Imperii regimen cæleſte, nec unam  
 Esse Dei majestatem, cum clarius ipſa  
 Luce palam liqueat, Di vumque Hominumque potentem  
 Ævi principium nullum, nullum exitum habere,  
 Qui generis nostri cunctis exordia præbet  
 Perpetuatque ſibi vitam; qui mænia mundi  
 Cum nondum exſtarent, pro mundi erat orbe ſibi Ipſe.  
 Qui quæcumque vides verbo jubet, & ſemel orta

Di-

Dispensat ratione, potens virtutis in omnia.  
 Hunc oculis nemo potis est contingere; visu  
 Clarius est, nemo ingenii comprehendere luce;  
 Sensibus est major; quid mirum? mole sine ulla  
 Immensus, sine motu agilis transcendere cuncta,  
 Omnibus absque situ præsens, & totus ubique  
 Absque loco: variat nunquam quem firma voluntas,  
 Quem neque mæsta gravant, nec mulcent læta solutum,  
 Cui memori nec tollit iners oblivio quicquam,  
 Nec temere elapsum quicquam retinentia reddit.  
 Cui nec præteritum transit, nec si qua futura  
 Succedunt; cui nulla ortum præfixit origo;  
 Nulla incrementum dabit ætas, innumera ut sit,  
 Nec casus finem; sed lapsi temporis ante  
 Curriculum omne viget, vivitque & sæcula sæclis  
 Nectens æterno Dominatu excellit in ævum;  
 Principia & fines rerum, & media omnia nictu  
 Insinuans uno penetrat, volucrique serenans  
 Luce superfertur. Tantus sibi cognitus uni,  
 Quantus in arcano est, acies caligat, hebetque  
 Ad jubar hoc nobis; satis est, DURINE, filio.

Z

SER.

## SERMO LXXXI.

Ad Deum Opt: Max: & ter-unum

**S**ancte Parens, quem agnoscit Herum moles operosa  
 Cunctarum rerum; superus Tibi cœrula vertex  
 Extendit, gyro & celeri Tibi currit in orbem:  
 Candentem Phœbi jubaris nunc luce diem, nunc  
 Accendens noctis faculis fulva astra decoris.  
 Et dum procurrit, volvit Tua facta stupenda  
 Late omni populo; libro quæ impressa patent  
 Explicat usque setenim quæ tanta Gens feritate est,  
 Quin monumenta legat Divinæ insignia dextræ,  
 Et nolit velit Omnipotentem confiteatur?  
 Humanos Generosa effert Tibi Mater in usus  
 Fæcundum Tellus pectus, caput & nemorum auctu  
 Frondescens, passim pecudes tot unde, feræque  
 Pabula habent; nostrum unde Genus penore usque parato  
 Affluit, at quamvis amplum Tibi prodiga pectus  
 Efferat, extollatque, tamen sponte Illa coronâ  
 Submissâ, totum transfert diadema suum ad Te.  
 Subsultim te limpha maris veneratur, adorat  
 Rore fluens trepido; conchâ ferus ipse canorâ  
 Te laudat Triton spatiofa per æquora plaudens:  
 Occentat laudes pariter cum matre fecuta  
 Nereis, & Fabrum Terræque, Polique, Marisque  
 Te celebrat, triplici nihil hâc in mole movetur.

De-

Denique, quod Tibi non prorsus certet celebrando.  
 Involucrum hoc floris spectato; suo è calice ora  
 Numinis in laudes laxat; Hyacinthinus illinc  
 Flos pulchrâ summum Dominum Te in veste salutat;  
 Muriceque in claro candens rubicunda comarum  
 Inde Rosa excludit radios, Rosa plena pudoris,  
 Atquē crocūm referans omnem Tibi jaētat honorem.  
 Conditor o mundi, Rex o ter sancte, colis qui  
 Altus celsam aulam, cuius vix hic homini est fas  
 Aspexisse umbram; gelidi septem usque Triones  
 Te celebrant, Austri veneratur hiulca protervi  
 Te plaga, Te Solis rota quam orta, cadensque colorat;  
 Mens mea tacta Tuo afflatu petere alta Polorum  
 Intentis ardet pennis: jam cantica fingit  
 Se major; Laurum vulgarem sperne, DURINE,  
 Quā crines suesti laxos cohibere, Poloque  
 Serta alto Tibi quāre audax; quid Praefide rerum  
 Quid majus meliusque queat modularier? ille est  
 Maximus, optimus ille super quocumque creatum est;  
 Nil simile, atque secundum olli, o ter accipe Sancte  
 Hæcce Tui vatis modulamina matutina,  
 Et nostris aures numeris precor adde benignas.  
 Te Patrem Divum atque hominum, Dominumque  
     canemus

Spem nostram, rebus præsensque levamen in artis:  
 Induperatores procul ite, procul Magnates  
 Fortia Mundi hujus; carmen mī est unus, eritque

*Æternus Rector, cujus folia ipsa scabellum*

*Sunt pedibus, bonitas exundans cujus in ævum*

*Usque fluit, ceu sons præceps in concava vallium*

*Fertur, qui salebras radens vocat arida tefqua*

*Ad frugis cultum; nec Lassulus ille viarum*

*Suppeditat populis longè sua munera, in altum*

*Æquoris absorptus donec absconditur alveum.*

## SERMO LXXXII.

Mortalium vana opera  
Naciones Urbesque omnes interire.

**N**onne vides si tecum habitas, nisi desipis esse

Omne hominis studium vanum, vanosque labores

Omne & opus nostrum quocumque ab robore fultum

Deficere ut mancum variabile, putre, caducum.

Prisca precor curras per tempora, repperies nil

Firmum; cuncta ruunt; liquidas equitasse per undas

Vidimus en aliquos structo super æquora ponte;

Eripuisse alios stagna & vaga flumina Ponto,

Atque retenta solo medio Maria acclusisse.

Perforat en aliis cautes & viscera terræ,

Moxque illuc intrans carpenta atque agmina dicit;

Atque alii montes præruptos velificarunt,

Barbara Classis Athon medium ut per yenerit, alpes

Oppositas alius, multo diduxit aceto

Cer-

Cerno immane Genus magno sub pectoris ausu  
 Aggressum superos congestis montibus alte.  
 Hæc ut magna stupens miratur nescia Turba  
 Præteriere tamen cuncta hæc tenuis velut umbra,  
 Atque hos conatus vanos operosaque gesta  
 Vir sapiens aspernatur, subsannat, & odit  
 Tanquam opus insanum, stultæ præfigia mentis.  
 Intereunt Populi, Regiones, Mænia, & Urbes.  
 Assyrii grande Imperium tenuere, potensque,  
 Assyriis Medi victis Asiâque potiti  
 Hostibus exuviae Persis & præda fuere,  
 Sic Pandioniae numero milite Athenæ  
 Istmarios domuere Duces, Bisantia Regna,  
 Bosphoron & gelidum Tanaïm atque aditus Euxinos  
 Sarmaticas vires, Colchos, Phasimque, Getasque;  
 Sed subito assurgens victor Lacedæmon ubique  
 Compressit gladios & fastus Cecropidarum,  
 Et Peloponeso evicta Danaisque subactis  
 Cuncta terens, avido fines porrexerat ausu;  
 Dentibus Anguigenis genita at Thæbana Juventus  
 Hanc subigit grandi rerum ditione potita  
 Hinc populus Macedo Dircaeos viribus auctos  
 Funditus evertit; victor tot Regna, tot Urbes  
 Magnus Alexander domuit; Mare, flumina, montes  
 Terruit, inde alium affectans, quem perderet, orbem  
 Quid tandem? cecidit, moritur; tot nempe laborum  
 Millia; tot curas parvo sub marmore clausit

Mors

Mors rerum dominatrix: nostram quæ sola coeret  
 Stultitiam indomitam furtim, cogitque fateri  
 Quantula sint miserorum hominum corpuscula, quamque  
 Sint subsannandi terrena negotia Ludi.  
 Dic ubi delitiæ Medorum? ubi Persida Regna,  
 Dic ubi nunc Argi, vel ubi Latonia Delos  
 Aut Pilos, aut Salamis, vel Sparta, potensque Mycene  
 Aut Phœnissa Tyros, aut nobilis ære Corinthas:  
 Gloria Dardanidum fuerat jam maxima; sed nunc  
 Vepreta & sentes ubi propugnacula Troiæ;  
 Prisca Semiramiis Babylon celebrata trophæis  
 Corruit; & priscas Magnæ Chartaginis arces,  
 Nunc carrecta tenent, Paliuri, & canna palustris.  
 Reddiderant quondam celebrem Nilotida Memphim  
 Pyramidum tumuli immanes, celsique Obelisci  
 Atque Colosorum moles radiata micantum.  
 At modo nulla vides operis vestigia tanti;  
 Quidquid in his fuerat pulchri longæva vetustas  
 Dentibus absurpsit rabidis; sic cuncta repente  
 In nihilum redeunt, nihilo quæ exorta fuere.  
 Ingredere o Romam quæso, quæ nulla fuit vis,  
 Majestasque prior, nec gloria clarior ulla,  
 Nec majus sub sole decus, dum fata tulere.  
 Altius hinc repetas veterum monumenta Quiritum,  
 Marmora, vel Thermas, pontes, spatiofa theatra  
 Atria, cum statuis, arcus, fora, templa columnas  
 Obruta cuncta jacent dumis, disiectaque passim.

Pro-

Profuit ergo nihil gentes stravisse superbas  
 Imposuisse jugum victis, domuisse vel orbem  
 Tot mala tot duros olim exantlasse labores  
 Vanum opus hoc fuerat, vanus suit exitus inde.

### SERMO LXXXIII.

#### Mater Familias ex Proverbiis Salomonis

**F**elix cui placido concessum est numine lecti  
 Ducere confortem, cuius sit fædere certo  
 Casta fides; quam sollicito pia cura labore  
 Solerterem exercere solet, quæ fida maritum  
 Fida domumque juvat, sibi credita munera, resque  
 Dispensare sagax; ecquid pretiosius hâcce  
 Conjuge prætulerit quisquam? quæ divitis Indi  
 Clarior exsuperat gemmas, Arabumque superbæ  
 Divitias; tutis vir fudit amoribus hujus,  
 Pectore amat certo placitam procul & morosa  
 Suspicio, colit metuens nil, fædera lecti.  
 Illa domum quantis opibus replet, otia inertis  
 Tædiaque effugiens vitæ? non hoste subacto  
 Exuvias refert plures Dux acer in armis .  
 Quæ placeant dulci satagens hæc cuncta marito,  
 Legitimis paret jussis, quæ noxia ducit  
 Cuncta fugit, vigili sibi commoda pectore quærit,  
 Convehit usque domum lanas, & candida lîna,

E.

Exercetque colos distinguens tenuia fila,  
 Texere docta manu pannos & texere telas,  
 Sedula congeriem quarum instruit ædis in usus.  
 Non quæ littora arat sæpe extera, per mare vastum  
 Et volitat navis refert tot commoda nautis  
 Multo farre gravis, raris & mercibus; illa  
 Excutiens somnum Lecto prius erigitur, quam  
 Luciferas aurora comas rosea exerat, atque  
 A urea collucere Polo nitido agmina cessent  
 Distribuitque suo provisum tempore victum,  
 Pensaque sordidulis partitur justa Ministris  
 Urget opus; nec venturas producit in horas;  
 Agros cauta notat queis insobole scere gaudet  
 Flava Ceres, aut venales sibi comparat auro  
 Quod peperit labor assiduus; simul erigit almas  
 Vites pampineis in collibus, atque racemos  
 Turgentes pressans, liquat inde rubentia vina,  
 Inque urnis condit sinceris; desidiæ hostis  
 Improba, Sirenem hanc refugit procul atque relegat  
 Brachia nec languere sinit sua deside vita;  
 Atque experta domum labor ut redditus importet  
 Semper abundantes, accendi nocte lucernas  
 Imperat, atque una cum instantibus interruptum  
 Sumit opus famulis; Jlli mora nulla, quiesce;  
 Prima colos captat, digitisque micantibus usque  
 Intorquet fusos, & torto stamine velat.  
 Si quos esuries mordet, cito porrigit illis

La.

Læta cibum, juvat errantes, rerum omnium egenos,  
 Dulcibus atque fovet teētis, haud flatibus illam  
 Terret hyeins gelidis, Scythicæ haud violentia brumæ;  
 Pallia nam duplici sunt illi consuta panno  
 Penula crassa domuī totam tegit, ignibus illi  
 Atria perpetuis lucent, hyemesque repellunt.  
 Purpura puniceo rubet illi murice tincta,  
 Illusum tunicis aurum emicat, atque tapete  
 Condecorat thalamos; Proceres inter sedet Jlli  
 Conspicuos Conjux Phenissa in veste decorus,  
 Cum Abramidum lites remonent, simul affluit urbium, &  
 Turba frequens portis; quot opes? quot lucraque cogit?  
 Cum telas Tyriis similes, & carbasa magnis  
 Divendit pretiis, acus ingeniosa venustè  
 Quæ pinxit: gerit intrepidam mentem hinc, animumque  
 In trepidis rebus; dubios non anxia casus  
 Formidat, ventura dies quæ durior affert:  
 Verba illi sincera fluunt picta usque lepore  
 Mellifluo, puram spirantia verba Sophiam,  
 Gratia quæque nitens jucundum temperat; ædes  
 Mane suas lustrat solerti lumine, cuncta  
 Despicit, ut se quisque gerat, cavet & procul omni  
 Undique forde domus niteat mundissima; nusquam  
 Cessat iners, vario quæsito pane labore  
 Impigra nutritur; prudens nil pejus inertii  
 Desidia putat, atque gula mage turpe voraci:  
 Talem magnifico certat extollere honore

Aa

Ma-

Matrem splendida progenies, & cogitat omne  
 Obsequium illius meritis cito reddere dignum.  
 Consortem lecti talem vir pectore firmo  
 Diligit, & placitis insignem moribus ornat  
 Laude quoque insigni. Cætus fulgentior Illa  
 Inter fœmineos splendet, sine crimine vita  
 Queis placet atque fides propriis servata maritis,  
 Et quos cura domus, natorum & cura suorum  
 Pulchra tenet; res, forma, fugax, perit, effluit omnis  
 Gratia rara genis; sed tempore fœmina cuncto  
 Clara viget, puro metuit quæ corde Tonantem.  
 Fama vehat talcm, magnis & cœtibus urbium  
 Indicet egregiam, meritis ut lucida virtus  
 Nobilibus laudes & præmia digna reportet.

## SERMO LXXXIV.

### Ad Deum Opt: Max:

**M**Agne Pater Divūm, mundi suprema Potestas,  
 Quo nihil esse potest, nec fingi majus, ab omni  
 Corporeā stans mole procul, tamen omnia singens  
 Corpora, vel prorsus mutari nescia, vel quæ  
 Temporis anfractu longo labefacta fatiscunt;  
 Principium sine principio, fons unde bonorum  
 Effluit omne genus, naturæ Rector & Author  
 Omnia comprehendens, at non comprehensus ab ullo,

Ma-

Majestas immensa, bonum, sapientia, vita,  
 Ordo, decus, finis, mens, verum, lux, via, virtus,  
 Nusquam habitans, & ubique habitans, immobilis, & dans  
 Affidue motum cunctis, à quo omnia, & in quem  
 Omnia, per quem etiam sunt omnia, semper eadem  
 Conditione manens, nullo mutabilis ævo,  
 Maxima causarum, quæ certa lege revolvens  
 Sydeream molem, fatorum jura gubernas:  
 Rex Regum, cui mille adstant, & mille ministrant  
 Agmina Divorum lætantum, hymnosque canentum  
 Lucis in immensa campis, extra extima mundi  
 Mœnia, ubi est veris sedes aptissima rebus:  
 Te colo, Te veneror, Te nunc reverenter adoro,  
 Atque precor supplex ut me spectare benigno  
 Digneris vultu, vocemque audire *Durini.*  
 Mitte tuæ lucis radios mihi, pelle tenebras  
 Oppressæ heu nimium, moribundo in pectore, mentis  
 Da rectam reperire viam, ne noxius error,  
 Vanaque credulitas & opinio cæca trahat me  
 Præcipitem in salebras rerum, & contagia vitæ;  
 Nam sine Te ingenium mortale, humanaque virtus,  
 Dum se tollere humo sperat, velut Icarus olim,  
 Disjuncta compage ruit, pennisque solutis;  
 Nec potis est sine Te occulti penetralia veri  
 Cernere, nec quâ parte salus, aut arte petatur.  
 Largire ergo mihi, o Rex dignissime Regum,  
 Ut te cognoscam, & placeam Tibi, deinde sciam me

Aa 2

Quid

Quid sim, quā in terris causā productus, & unde  
 Huc veni, & tandem quo vitā functus abibo:  
 Quid mihi dum vivo sit agendum, sitque cavendum;  
 Ut cum finierit Lachesis mea fila, diesque  
 Ultimus addiderit membra hæc exhausta sepulchro,  
 Mors fiat mihi grata quies, portusque salutis.

## SERMO LXXXV.

In eos qui inconcessam Venerem matri-  
 monio præferunt. Ad Nobilem Polonum.

**J**Ille Deo est similis, superis ille annumerandus  
**E**st homo, qui casto, & cælesti captus amore  
 Fœmineas fugit illecebras atque oscula, jocosque;  
 Nec cupit uxorem aut natos carosque nepotes  
 Cernere, perpetuæ devotus virginitati.  
 Talis erat Paulus Princeps spelæa colentum  
 Sanctum quæque virum dēin plurima Turba secuta est.  
 Hos Monachos dixere Patres, quod scilicet ævum  
 Traducant procul à thalamo tædâque jugali,  
 Gaudia nec current Veneris, divina tuentes.  
 Felices homines si mente & corpore mundos  
 Nullus amor tangit, compungit nulla libido.  
 At quem tanta boni haud legere ad munera Divi  
 Quemque movet forma eximia, & rapit inconstanter,  
 Is mihi conjugii si spernat dona, vir haud est.

Fæ-

Fæmina nata viro est; Mas ortus & ipse Puellæ est;  
 Deest aliquid tibi Mas, aliquid tibi Fæmina; neuter  
 Estis homo, totum socialis lectus utrumque  
 Reddet. Vos Juvenes mala quos lafcivia vincit,  
 Queis procul a nuribus formosis non placet esse,  
 Quærite, quæ pulchrâ faciat vos prole Parentes,  
 Nomina quæque viri vobis gratissima tradant.  
 Tu quoque virginæ quæ non contenta cubili es,  
 Quæque cupis mater dici, Tibi delige cunctâ  
 De turba Juvenum quem lætum fædere credis  
 Esse tuo; fac ne te externi gaudia lecti  
 Sollicitent; stabili tu fædere Virgo volenti  
 Nube volens, Genitor quem legerit, aut Germanus;  
 Uttere judicio Virgo melesana tuorum,  
 Ne te cæcus amor fallat; simulabit amator  
 Multa oculis, dicetque tuo divinius ore  
 Nil vidisse unquam; jurabit cuncta, Puellam  
 Ut te promissis trahat ad sua vota verentem:  
 Jpsa tuo tamen ex omni dignare cubili  
 Agmine, qui uxorem esse suam te pervelit; horre  
 Concubitusque virorum, inconcessosque hymenæos,  
 Ne quando turpi dicaris nomine pellex;  
 Ille tibi placeat conjux, placeatque maritus,  
 Qui fuerit sapiens & amans probitatis; honestæ  
 Præcipue si gentis honos commendet; avis sunt,  
 Sunt patribus nati similes; sic lecta propago  
 Virgotibi lecto nascetur conjugæ; nec Te

Mu-

Munera fortunæ tangant; pravis favet illa  
 Sæpe maligna bonis. Sponsum fuge ducere vietum  
 Si ævi flore nites, Puerο fuge nubere adulta:  
 Sint anni æquales, sint par fortuna, genusque;  
 Inter inæquales fax haud bene lucet amoris.  
 Dilige delectum: magnum mereatur amorem  
 Nonnisi magnus amor; partem illum, dimidiumque  
 Crede tui: in partes binas nux secta redibit  
 Mox eadem, partes coierunt si simul ambæ;  
 Partibus ex illis neutra ut nux plena: sed unam  
 Conficent reddentque nucem, modo conjungantur  
 Altera sic hominis mas, altera fæmina pars est  
 Alteraque auxilium alterius depositit & optat,  
 Fœmina agro est similis, similis mas ipse colono,  
 Lætus ager petit agricolam; lætatur & agro  
 Agricola, undantes qui fruges polliceatur;  
 Majores maribus vires, audacia major,  
 Fœmineus minor est animus longe minor & vis,  
 Nempe mares petimus per mille pericula, partas  
 Divitias verum ipsa domi stans Fœmina servat.  
 Illa parit natosque suos alit ubere; pondus  
 Sustinet illa domus; si nullas orbis haberet  
 Matres, squallerent desertaque cuncta jacerent;  
 Mæror ubique foret; donec Romana fuit gens  
 Celebs, mœsta fuit, mœstus cum Plebe Senatus:  
 Verum post raptas faciles sine more Sabinas  
 Commoditate thori gustata, prælia sunt cum

Fi-

Finitimis suscepta; suâ pro coniuge bellum  
 Quisque gerit; Patet abiice tela, vir abiice tela  
 Clamat ubique Sabina; tuo Genero, Soceroque  
 Parce o; tunc acies uxores altera, natas  
 Alteraque admirans procul hæc jacit, illaque tela.  
 Jpsæ armis positis paciscripsere Sabinæ  
 Fœdera grata Parenti & fœdera grata Marito.  
 Extemplo Curibus parvis migratur in urbem;  
 Tunc urbs una duas accepit Romula gentes  
 Gratia ea est facti præclari reddita, ab illis  
 Perpetuum Romana tenet sic Curia nomen.  
 Quæ vitam servat, vera est ea vita, tuetur  
 Conjugium vitam atque genus; nulla est ea vita,  
 Quæ vitam perdit, summotâ matre, viroque  
 Vita, genusque perit; pars altera fœmina vitæ est  
 Altera pars Urbis; domus est pars altera, lecti  
 Altera pars, urbem, vitamque, domumque, thorumque  
 Perficit illa, virum quin perficit; an referam quæ det  
 Gaudia blanda viro? quamvc adjuvet? & vitai  
 Commoda quanta ferat; placidas luces tenebrasque?  
 Grata Juventuti & sua tempora, grata senectæ.  
 Quid dulces natos, thalami quid gaudia dicam  
 Osculaque & duplices animas, tenerosque amplexus  
 Purpureisque genis alte defixa labella,  
 Aptaque verba loco, geminataque corpora? multi  
 Attamen uxorem fugiunt, ceu vincla, catenas.  
 Hos ego, si sacris malint, templisque præesse

Lau.

Laudo, sacerdotes castos decet esse, pudicas  
 Vestales, etenim curis, culpisque carere  
 Humanis debent supero sacra corda Parenti.  
 Corpore pollitus, pollutus mente sacerdos  
 Ne vel t aut ausit sacræ discumbere mensæ,  
 Divinas libare dapes, libare beata  
 Pocula, velatumque dapis sub imagine Numen  
 Concepisse; nurus ducat sed cætera Turba:  
 Nascuntur prolem ad reliqui, speciemque tuendam;  
 Nascitur ad tædas vir, ad idem est fœmina nata;  
 Hinc fit ut hæc hominis pars sit mas, fœmina ut illa;  
 Scilicet ad prolem sexus satis haud erat unus.  
 Oblatum tamen à superis magnâque Parente  
 Officium pars magna fugit; primaria fertur  
 Causa fugæ, tacitus quod jurgia ferre maritus  
 Cogitur uxoris; quoties pulsare maritum  
 Aufa est Xantippe & trusisse penatibus ipsis:  
 Uxor avara virum te te Amphiarae Eriphyle  
 Prodidit, occidit telis Agamemnona conjux.  
 Vos immane nefas sœvæ quoque Belides ausæ  
 Nocte viros unâ scelerato cæditis ense.  
 Sunt & quos arcet ducendâ à conjugè egestas  
 Atque timor possit ne res angusta sat esse.  
 Ex Patre quam multi sunt Reges paupere nati?  
 Qiam muti obscueroque loco tolluntur Egeni  
 Ad solum persæpe viri; quod maxima causa  
 Paupertas est virtutis; sœpe ad pia sceptra

An -

Angustos vehit illa viros Estquis sapiens, aut  
 Prudens, vel fortis nisi Pauper? rebus agendis  
 Quis melior? quis justi quis observantior aequi?  
 Ergo ne legitimo thalamo tædæque jugali  
 Exiguæ officiant fortunæ, resque pusilla.  
 Vivet ope ingenii, cui rem fortuna negavit.  
 Nonnulli oderunt uxoria nomina, rara  
 Fœmina quod servet casti sacra fædera lecti,  
 Quod multæ fallantque fidem, prodantque Maritos,  
 Quodque suis stulte spretis, aliena sequantur  
 Commoda; ducenda Quidam de conjugè quodque  
 Consultus, dederit, prudens hæc verba monentis.  
*Pulchra est communis, deformis pœna futura*  
*Neutra tuum potis est animum non discruciare.*  
 Te ne hæc quæ à multis jactantur inania terrent?  
 Mentem animi movisse tui isthæc vana potis sint?  
 Non est, deformis, communis, pulchra, futura  
 Supplicium, nam tuta viro viget utraque forma.  
 Sæpe etiam casta est formosa, informis at ore  
 Prostitui gaudet; quæ turpi est corpore, turpi  
 Est quoque mente, animo mulier formosa pudico  
 Esse solet; non in formâ, sed moribus omnis  
 Est pudor, estque piæ sublimis gloria vitæ.  
 Inter utramque tamen speciem tutissima forma est,  
 Quæ decet uxorem, quæque & placuisse potis sit;  
 Quam si formosam non est fas dicere, certe  
 Jure potes turpem nequaquam dicere, non est

Bb

Tam

Tam dos in vitæ sociâ atque uxore legenda  
 Respicienda proba aut facies, statura, genus quam  
 Et mores, quam casti atavi, castique Parentes,  
 Quam pudor atque fides; tua ne, precor illa sit uxoris  
 Quæ multos capere ore studet, multisque placere.  
 Te factura Patrem nec cerni aut cernere curet,  
 Sitque domi latitans; facie contenta suâ sit  
 Haud querat medicamina, non color illinat illi  
 Ora, color mendax: his se vitiisque malisque  
 Quisquis gaudet adulteriis excusat, & his se  
 Ajunt nolle maritos dici, segnitiemque  
 His propriam cælant. (equidem concedo) Puellæ  
 Sunt aliquæ immites, verum tamen omnibus est mens  
 Aptæ capi; multæ vincuntur blanditiâ, omnes  
 Obsequiis inflexisse potes. Fratresque sororesque  
 Et matrem, atque Patrem, socios quoque difficiles fers;  
 Cur non uxorius mores patiare procaces  
 Ipsa tuis durum exemplis ut te patiatur?  
 Consule cuncta æqui, quæ dicit amantior; aufer  
 Jrarum causas & semina dissidiorum.  
 Obsequere in multis, & molli parce, fidelis  
 Si sit, naturæ; non sarcina prægravat ulla,  
 Sit dilecta modo, vel magnum, si bene fertur,  
 Fit leve onus; paucæ sed cum inveniantur acerbæ  
 Uxores facilisque suis pars magna maritis,  
 Cur potius timeas quam speres; præcipue cum  
 Gaudia multa, brevis lis, altercatio, rixa,

In-

Instauretque levis magnum discordia amorem,  
 Ambobus reddens magis oscula grata, jocosque.  
 Sed fuerint aliquæ uxores pravæ atque protervæ,  
 Jurgia jactarint mala, prodiderintque maritos:  
 An fugies ideo genialis gaudia lecti  
 Decedesque senex, sine natis & miser? an non  
 Pignora suscipies dulcissima, quod potis est  
 Perdere quisque Parens natos; fecere carinæ  
 Naufragium multæ; sed multa carina marinas  
 Sulcat aquas; multi capti certamine, cæsa  
 Agmina multa; tamen multi horrida bella sequuntur:  
 Nulla est vita carens prorsus discrimine, cæcas,  
 Præcipitesque vias nec habens; usque ancipiti in re  
 Vivimus, omnia nostra malis bona mixta, bonis sunt  
 Mixta mala; atque malum haud dicendum, quod

valet inde

Esse bonum; facit haud lites, haud jurgia lectus  
 In quo Fæmina Virque jacent concorditer; est res  
 Sacra, thorus; primis Deus ipse Parentibus auctor  
 Conjugii. Jam aderat divini sexta laboris  
 Lux, verboque Dei jam extabant cuncta creata.  
 Ille aberat tantum, cuius sunt omnia causâ  
 Condita; nullus erat qui sidera suspectaret.  
 Protinus omnipotens limo, & tellure recenti  
 Membra viri fingit; vitæ spirabile lumen  
 Afflat, cælestemque auram; formatus erat vix  
 Lumina cum pressus somno Adam terrea membra

Bb 2

Ste-

Sternit humi; tunc esse Virum sine compare Numen  
 Pernegat esse bonum; costam Deus ilicet illi  
 Vellit & ex illâ, nulla mora, Fœmina prima  
 Facta fuit; simili, somno excitus ille, figurâ  
 Lætatur, gestitque; suo de corpore factum  
 Corpus amat; carnem nostrâ de carne petitam  
 Sentio, ait, desumpta meis deque ossibus ossa.  
 Hæc tibi, Rex inquit superum, concessa marito  
 Et dilecta comes & erit tibi amabilis uxor.  
 Nequid vos dirimat, nequid vos separerit: arctâ,  
 Ipse, Parens ego vos conjungo conditione  
 Vivite concordes, insontes crescite; terras  
 Replete, atque hominum genus alnum multiplicate.  
 Pars igitur cum certa viri sit fœmina, amare  
 Uxorem sibi quisque suam vir cogitur; ergo  
 Siquis erit spernat qui vincla jugalia, vel si  
 Munere abusus homœ divino, Numine Divûm  
 Contempto fugiat sponsalia, verbere cædat  
 Vel sponsam ipse suam, ut Veneris mala furta sequatur  
 Illicitæ, quoniam imperium hoc contemnit iniquus  
 Persolvet pænas ingentes, perpetuasque.  
 Cœlibis hanc quicumque fuit, qui nomine vitam  
 Dixit, quam recta procul à ratione recessit;  
 Illum ælesti voluit si voce vocari,  
 Expers connubii, Veneris qui turpia furta  
 Approbat: à cunctâ Venere atque libidine abhorrens  
 Qui illicitos, licitosque thoros ignorat, amor quem  
 Nul-

Nullus concussit, cælebs erit ille vocandus;  
 Cælestem in terris vitam quod ducat ab omni  
 Fœmineâ procul illuvie: dixisse Latinos  
 Non ego crediderim pollutos nomine tanto  
 Quippe viros; fors dicta fuit sine labe virorum  
 Cælebs à cælo, veluti his quod membra recisa.  
 Saturnus cælo genitalia membra parenti  
 Dissecuisse ferunt; facti manet abdita causa,  
 Detexit fama at factum; hinc qui cælibe lecto  
 Se Dii castrarunt, tam pulchro turba notata est  
 Nomine: nequaquam est cælebs quicumque solutus  
 Legitimo vaga stupra toro, mala fædera præfert;  
 Hos qui complexus, hos qui sectantur amores  
 Legitimas spernunt stulti, sacra vincula, tædas,  
 Hi sunt qui jaætant sese sine conjugè vitam  
 Ducere felicem; quorum discrimina vita  
 Quanta habeat turpis non enumerare potest vox  
 Mortalis; primum miseri captare tenebras  
 Coguntur, noctuque, lupi ceu, quærere prædam,  
 Sive petant viduam, seu quæ conjuncta viro, seu,  
 Virgineum tentent lectum maculare: Pater si  
 Si Genitrix, Fratres, aut sentiat ipse maritus  
 Sanguinolentus abit Prædator; vulnera quæ sit  
 Deiphobus passus, quæ Ægisthus discere quisque  
 Vatibus ex priscis potis est; pervenit adulter  
 Rarus ad extremos annos; adit infera, crebro  
 Ante diem cæsus, diri sacraria Ditis.

Hæc

Hæc multis causa est cur convertantur ad ipsas  
 Ancillas, solita est Venus hæc quod tutior esse;  
 Verum hinc progenies manat vitiosa nothorum.  
 Hinc domus infelix infandâ posteritate  
 Fracta labat: foedâ versari in fornicis umbrâ  
 Multi etiam soliti, veteri & centone lupanar  
 Introeunt calidum, collegia sola frequentant  
 Ambubajarum, genere haud suspectius ullum  
 Hoc hominum tellus fert matribus atque maritis.  
 Non illi invisosque nothos, stirpemque prophanam  
 Suscipiunt; peperisse solet vix ulla meretrix,  
 Non natos cernunt, non degeneresque nepotes.  
 Ut nulla in terris vita est sordentior istâ  
 Sic nulla & plures morbos subit, & mala plura.  
 Est primum jactura gravis facienda bonorum,  
 Fama perit nomenque probum; tentantur atroci  
 Corpora dehinc morbo, quem pridem Gallia nostris  
 Insinuavit avis, candor, rubor, ora relinquunt,  
 Buxeus invaditque color, membra omnia dirum  
 Tormentum excruciat, miseros depascitur artus  
 Atra lues, tabe horrendâ scatet omne malignis  
 Infectum ulceribus corpus, caput atque tumore  
 Tuberibusque, petit fauces hæc pestis acerba  
 Et nares, fertur vox gutture rauca presco.  
 Destituant deformè caput rarique capilli  
 Cumque superciliis fluit horrida barba, senile  
 Vertitur in monstrum Juvenis pulcherrimus olim.

In

In tenebris latet invitus, lucemque perosus  
 Dissecuisse suæ cupid anxia stamina vitæ  
 Utque Philoctetes vitatur ab omnibus; omnes  
 Oderunt vitium, atque luem; discrimina vellem  
 Cætera si obscænæ & damna exponere vitæ;  
 Ferrea vox, linguae centum, centum ora canentem  
 Verbaque deficerent me prorsus, deficeret lux.  
 Contra igitur superos ne pugnes, more Gigantum  
 Numinis imperium damnans, decretaque cæli,  
 Neve aliam accusas rerum culpesque Parentem  
 Teque tuumque genus excindens impius, atrox.  
 De multis quas blanda offert natura Puellis  
 Delige, quæ Patrem faciat, faciatque virum Te.  
 Heus Juvenes cupidi ad cupidas properate Puellas,  
 Subdite colla jugo. Pergrata columba columbo est,  
 Admugitque Juvenca bovi; per gramina in arvis  
 Errantem vix vidit equam voce hinnit equus; quam  
 Ulmo lætatur, quam gaudet arundine vitis,  
 Tantum sponsa suo gaudet formosa marito  
 Quantum ulmus vite, & quam gaudet arundine vitis  
 Tantum formosâ lætaris sponse maritâ.  
 Blande veni Puer ad tædam, sanctumque cubile,  
 Pulchre veni propera, te te Venus advocat; o quid  
 Quid facis o Demens; tua cur bona gaudia differs?  
 Quid lentos residesque dies fers fegnis abire?  
 Bis denos numeras annos, tamen algida membra  
 Sunt vacuo in lecto; naturam confuse, quæ sint

Si

Si dubitas, facienda monet; Juvenique viroque:  
 Multas illa voluptates, nova gaudia fundit  
 Alma Parens; belle o Juvenis, jam pone pudorem.  
 Stulte quid expectas? Juvenis quid inepte moraris?  
 Rusticus ad dulcem thalamum rapierque trahi que  
 Optat hymen; tandem est victus; pudor o bone cede;  
 En posuit vestes, thalamumque ingressus, honestos  
 Jam petit amplexus, molitur jam nova bella.  
 Lucida quot cælo fas est spectare sereno  
 Sidera, basia sint totidem, deceant quæ uxorem,  
 Quæ deceantque virum; calefactas flamma medullas  
 Jam Venus urit, edax ignis & pectus utrumque  
 Sorbet; opus remanet majus; vos huc Hymenæus  
 Vos Venus alma vocat, vos Juno pronuba, concha  
 Non sic gentiles fcopulos complexa tenax est  
 Quam formosa suum complexa Puella maritum est.  
 Arctius haud hederæ plantas pressere sequaces  
 Quam novus uxorem premis ipse marite novellam.  
 Cætera quid dicam felicis gaudia noctis?  
 Gestæ, lucerna potest, quæ vidi dicere? tandem  
 Prodit sponsa toro, zonam disincta pudicam,  
 Facta Parens jam de formosa Virgine; fætam  
 Nausea testatur; gravidam esse socrusque, sacerque  
 Lætantur; verum ipsa gravem se pernegat esse.  
 Lætæ utero interea major fit sarcina; pondus  
 Quodque negare cupit, tandem devicta fatetur.  
 Ferre marem certat vir; certat at ipsa Puellam

Utra.

Utraque grata tamen soboles & chara futura est.  
 Jamque brevem novies Phæbe lustraverat orbem,  
 Cæperat ire viam & decimam Latonia, partus  
 Felix tempus adest: castis Lucina vocatur  
 Vocibus, en infans optatus denique: quis nunc  
 Lætitiam Enixæ, quis Patris gaudiæ, Avorum  
 Commitem rare queat? paries est latus & ipse,  
 Pars quoque quæque domus; venit undique Matronarum  
 Gratatum numerosa cohors, visumque puellum  
 Hæc similem jurat Matri, Patri similem illa.  
 Gratiæ est prole hæc illi, illa huic; mutuus inter  
 Confortes sic erexit amor. vestigia culpæ  
 Sed priscæ tersura dies en lustrica rore  
 Divino illuxit; Puer & defertur ad aras,  
 Ordine prolixo Matrum Juvenumque, Senumque  
 Pompa præit; lectus Pater alter, at altera Mater:  
 Pone salem Puer alter habet, gerit alter & undam,  
 Multa docens, quærensque præit pia verba Sacerdos;  
 Sal sacer atque ori ingeritur; promuntur olivi  
 Vascula divini ex adyis, signatur & infans  
 Pollice, rore, cruce; unius vocat ore Minister  
 Numinæ terna Dei, sacrâ & caput abluit unda.  
 Eluitur scelus antiquum, crimenque piatur.  
 Inditur hinc nomen lecto, Puertoque fidelis  
 Atque domum revehit lustratum fida caterva;  
 Lætatu r mater, quod natus factus olymbo  
 Scaruit; niveo distentas lacte papillas

Cc

Ad.

Admovet infantī, motans cunabula; at ille  
 Lallat, & agnoscit risu Matremque Patremque;  
*Mammam* illam vocat, huncque *Tatam, pappamque*  
 petenti

Molliculus cibus offertur. Qui verus amor, sit,  
 Gaudia quæ vera, ignorat, cui nulla propago est.  
 Nil illum oblectat: sunt illi tristia Tecta;  
 Certus ibi est hæres nullus; fraterque, sororque  
 Funus opesque viri expe&tant; Lacrymis effertur  
 Nullis; turba dolet tantum mors sera quod illum  
 Eripuit, nondum ille occlusit lumina, nondum  
 Ultimus ossa calor liquit; consanguineis cum  
 Dilacerantur opes; tutamina quisque senectæ.  
 Comparet ergo suæ; hæredes sibi gignat & ipse.  
 Utque sit & pulchra & soboles generosa, Puellam  
 De pulchris sponsam & de nobilibus excerptat.  
 Hanc amet, hâc vivat contentus, nulla pudicum  
 Flamma alia accendat, aliena cubicula vitet,  
 Ne fortasse suo exemplo sit proditus ipse.  
 Si non insipiens aliam Menelaus amasset  
 Non Ledæa foret Raptorem nata secuta.  
 Ingens sa&pe etiam facit indignatio mæcham,  
 Casta fuit quondam quæ semper foemina; fertur  
 Hypsipyle Æsonidæ servasse pudica marito  
 Pacti jura thori: prælatam ab Jasone donec  
 Sensit Colchiacam; tunc illi par retulisse  
 Iratam fertur; multas in crimina traxit

Com-

Commoditas; causamque suæ vir præbuit ipse  
 Ærumnæ; quid, quæfo nisi à malesano oblata marito  
 Commoditas Helenam Troianas vexit ad arces?  
 Non fuit externo credenda; erat hospes amator;  
 Ignavi stultique fuit formosam destituisse.  
 Cura igitur conjux ne te tua prodita prodat,  
 Utaturque sagax concessa commoditate;  
 Aut se desperans magicas convertat ad artes,  
 Teque beneficiis petat insidiosa paratis:  
 Impia non philtris, infecta at veste vene no  
 Sustulit Alciden Oenei Filia Regis,  
 Peccatum tolles, peccandi comoda tollens  
 Quæ custodiri sese videt, illa maritum  
 Et timet; & ne quid peccet, cavet, omnibus ausis  
 Nempe virum pavitans propriis jam censet adesse:  
 Fac tamen observes caute; diffidere nequa  
 Jpsa sibi non peccanti Te sentiat; arcta hæc  
 Multas traxit in errores custodia; namque  
 Fœmina amat, magis atque ardet quæcumque negantur.  
 Res est inconstans varia & mutabilis omnis  
 Fœmina; rara metu, docet experientia, casta  
 Perstat in officio; facit haud custodia castam:  
 Nam casta est, cui mens casta est, animusque pudicus,  
 Non quam suspicio cohibet metus atque coercet.  
 Nil tam difficile est quam custodire Puellam  
 Quæ multis sit amata Procis, quæ pulchra sit ore  
 Ferrea Turris erat Danaen qua cluserat acher

**A**crisius; fuit illa abrupti in vertice saxi  
**C**ondita; erat paries & septus milite multo  
**F**erreus; at quo non volucres, penetravit adulter  
**A**ureus, & flavis imber novus excidit undis.  
**N**ulla virum præstat tutum custodia, si illum  
**F**allere sponfa velit: bisdenos casta per annos  
**V**ixit Penelope numerosos inter amantes,  
**N**on quia Laertes gravior servaverit ævo,  
**T**helemachusque illam Puer, aut nutricula pernox,  
**S**ed quia casta suum conjux dilexit Ulyssem,  
**J**pse amor, ipse pudor custos servavit. Ulysses  
**S**unt quoniam at pauci, uxorem servato tuam Tu.  
**A**ncillas timeas, servos, fidosque sodales;  
**I**sta potis facile est Te decepisse caterva  
**I**ncautum, vix tutus eris bene pertimeas si  
**O**mnes, quos castos fore fasque fidesque probant; quis  
**F**ormidavisset Cyenum, Taurumque? tamen res  
**A**dmonet ipsa, fuit Cyenus Taurusque timendus.  
**S**i tibi contigerit te quod tua diligit uxor,  
**F**ortunata tuâ nulla est mage vita futura.  
**N**on illi dives, non illi pulcher amator  
**C**harus erit, fugietque virûm consortia, clarum  
**N**on genus aut ætas, aut gratia flectet amantem;  
**O**mnis in optato stabit sua cura marito,  
**T**eque Jovi summo vel præposuisse potis sit.  
**E**st igitur captandus amor tibi conjugis: unum hoc,  
**T**tutus eris, si fausta tibi dent sidera; quamquam

**Non**

Non tantum hoc tibi dent felicia fidera, quantum  
 Sollicitudo, laborque tuus: Vis conjugē amari?  
 Diligitō ipse prior, magno mercatur amore  
 Magnus amor, non argento, non venditur auro.  
 Vis illam servare fidem? sis ipse fidelis,  
 Sola fides fidei merces est; quæ faciat, vis,  
 Illa, prior facito ipse; illam, vis, quæque cavere  
 Ipse caveto prior; non compellenda minaci  
 Sermone, aut fædis est probris exagitanda;  
 Non sunt naturæ temere exprobranda malignæ,  
 Non mala fortunæ sunt obiciienda: nefandum  
 Arguit hoc odium; suntque hæc certissima pravæ  
 Signa voluntatis, furor est, quæ non brevis ira est.  
 Et quoniam comes est, non est ancilla, fidelis  
 Si fuerit, nullo potis es tu cädere jure,  
 Si vero frugi sit, partaque sedula servet  
 Est levius peccans uxor tibi nempe ferenda:  
 Si quam ergo in culpam illam humana incuria ducat  
 Interdum; mitem te convenit esse maritum:  
 Quæ nunquam peccat, non est ea fœmina, diva est,  
 Cumque homo sis, debes humanam exposcere nuptam.  
 Quotidie ipse erras, & crebro falleris; & vis  
 Errati prorsus uxorem labe vacare?  
 Illa tui est similis pars, illi parce libenter  
 Erranti levius, si vis tibi parcat & ipsa.  
 Præsertim gravius cum pecces, fæpius, atque  
 Quæque licenter agas: nulli insidiare maritus,  
Nul-

Nullam sollicita; facere ipse caveto, pati quæ  
 Non vis; sis facilis verbis, & dulcibus illam  
 Nominibus, vitam compelles, corque animumque;  
 His tibi blanditiis vel franges saxa, potes his  
 Conciliare etiam infestam; cum muhera cari  
 Cuncta viri impleris, sponsæ fac certus amator  
 Tu videare tuæ; cerâ ipsâ est mollior omnis  
 Fœmina, molliter illa viro est tractanda, vocare  
 Nec te Reginam pudeat, Dominamque, tuam se  
 Reginam ut Dominamque putet; certabit amore  
 Si se dilectam agnoscat; nec vincier unquam  
 Se feret ipsa viro; obiicient uxoria multi  
 Nomina, jactabuntque jugum & tolerare catenam;  
 Obiificant quod vis, maneat modo casta, libensque  
 Observet casti genitalia fædera lecti.  
 nomine de casto fac sit cum coniuge multus  
 Sermo, deque pudicitia; quæcumque maritum  
 Diligit usque suum. Carum Reginam feratur  
 Sidera ad alta poli, fidam mireris Ulyssis  
 Uxorem, & quæ Tarquinios procul expulit urbe;  
 Portia saepe etiam celebretur, Laodamia &  
 Mæsta viro extincto; priscis dein matribus atque  
 Castis, adde novas, ne laudem hanc temporis esse  
 Antiqui tantum fors uxor censeat; urbe  
 Siqua tua est pro dilecto perpessa marito  
 Durum aliquid, si qua insignis celebratur honestæ  
 Laude pudicitia; coram has tu conjugæ laudes.

Plus

Plus exempla leves animos & mollia corda  
 Quam virtus, probitas tangunt quam fasque, decusque.  
 Hæc ego in osores thalami, tædæque jugalis  
 Numinis in contemptores, hircosque salaces  
 Carmina vibrabam; frameis dum Sarmata junctis  
 Pro libertate ac pro Religione tuendâ  
 Signa movet, præcepsque Ruthenum fertur in hostem  
 Vectus equo spumante, viamque affectat olymbo.  
 Tunc me DURINUM assidue irrequietus habebat  
 Vistula, Legati fungentem munere, Remque  
 Romanam procurantem, Latique Parentis  
 Clementis Quarti Decimi; cui credita nuper  
 Urbs Sacra, me in partemque jubens, operumque laborem  
 Romuleo Imperio, atque immenso prospicit orbi.

## SERMO LXXXVI.

### Sive Invectiva contra Mundi Delicias.

**M**Unde tuis mendax cultoribus, inque fidelis  
 Perpetuâque sagax mortalia pectore fraude  
 Fallere; Munde nihil mundi, casti, vel honesti  
 Semper habens; cunctis, o perfide Munde, valeto;  
 Te tuus hospes ego linquam: ferus hostis ab omni  
 Parte mihi fueras, atque atrox Insidiator:  
 Nulla mihi hospitii servasti jura, nec usquam,  
Quam

Quam mihi s<sup>æ</sup>pe fidem promittis, præstiteras m<sup>i</sup>;  
 Nec potis es; nam tu peritus tenipore, firmi  
 Aeternique tenes nil; spondes omnia, at omnia  
 Vana facis; celeri tua cuncta simillima somno:  
 Offers Sardinios risus, lacrymas Crocodyli,  
 Omnia fraude reples vulpinâ; a te o quoties m<sup>i</sup>  
 Gloria, vita, salus, Regina pecunia, fama  
 Pollicitæ: omnia mentiris, fallisque veneno  
 Cuncta creata tuo; vidi multa atque revidi  
 Quæ sub sole patent; stabile & nil prorsus in orbe  
 Inveni; agnovi vana, irrita, stulta, caduca  
 Omnia; & in terras, veluti, dilabier, unda.  
 Nil solidum firmumque nihil; durabile parvo est  
 Tempore quidquid habes; rapit hoc totum brevis hora.  
 Præstes multa licet; pecora, aurum, jugera, famam,  
 Plus tamen in cunctis Aloe, quam melle redundas,  
 Atque tuis l<sup>a</sup>tis semper mæsta ingeris. Esto  
 Esto etiam extremam faveas licet usque sub horam,  
 Prosequere in cunctis; sed cras fortassis abibo:  
 Esto etiam vivam, videam quoque Nestoris annos?  
 Una tamen cunctis lex, esse homini moriendum,  
 Mors sua quemque manet citius vel tardius adsit,  
 Idcircoque refert modicum: moriar vel in anno,  
 Vel post mille etiam, quia adest, ruit usque rapax mors.  
 Quodque diu nobis tempus vixisse putamus  
 Est instans; quid vero oculi exultasse sub iustum  
 Prodest? dehinc capere in jugi tot s<sup>æ</sup>cula pæna;

Quan.

Quantula pro tantis cruciatibus, oro, rependis  
 Jucunda? hæc pereunt; æternum ast illa manebunt.  
 Cumque abeam, quam ( posco ) diu tamen ulla sequetur  
 Mentio de nobis? quis & mea funera flebit?  
 Nimirum fratres, & longa caterva sorores  
 Lugebitque nepos; redeam ne forte, timebunt;  
 Atque ideo imponent saxum mihi grande sepulto,  
 Putre cadaver humo ne exurgam; vix indusiam mihi  
 Vile etiam, & lacerum linquent, quo corpora velem.  
 Purpureo ex capulo imponarque beatulus urnâ,  
 Quæ casiam quæ stacten olet, quæ balsama, myrrham.  
 Punicei flores tumulo, rosa lilia, calthæ  
 Rosmaris atque thymum spargantur, thura, crocusque.  
 Hos propter ne graves allectus noster odores  
 Spiritus, ex umbrâ mortis Erebique redire  
 Sede queat? dentur mihi cuncta, & mole operosa  
 Contumulent, fletuque gemant Memnonidum me.  
 Effundant lacrymas quales Phaethontia turba,  
 Pyramidi imponant me, imponant Mausoleo;  
 Dent pompas, quales dare Martia prata solebant:  
 Proderit hoc quid enim mihi, si mala vita peracta est;  
 Tum mihi cuncta puto, quæ nunc speciosa, nocebunt,  
 Pauperis ah tenuisse optem tūm conditionem!  
 Tum vellem in vitâ rebus caruisse secundis,  
 Fortuitisque bonis mundi; tortoribus eheu!  
 Infelix tradar furiis, me cuncta jubebit  
 Solvere Quæsitor cognoscens crimina vitæ,

Dd

Nil

Nil hominum miserans, iratusque omnibus umbris;  
 Verbera fert, inquit, huic tot, plagaſque cruentas,  
 Quotquot delicias gustavit, lætaque vana.  
 Ah munde infelix ecquod dabis auxilium mi!  
 Quid tua tum promissa valent? tua dulcia verba?  
 Et ſpes, queis cunctos tu decipis usque, tenesque.  
 An non egregia hæc tua munera Munde cupiscam?  
 Proque illis patiar miser esse in tempora cuncta?  
 Heu pereat quisquis mundi tibi nomen ineptum  
 Indidit, immundâ qui manas forde, lutoque.  
 Appage, cede, vale; illecebras exhorreo nempe  
 Munde tuas; fugiam te, linquam, deseram ab omni  
 Parre, ita me superum juvet alto à vertice cætus.  
 Quin potius ſemperque velim, Pater Optime, ſolum  
 Te coluiſſe, ſequi Te ſolum mi bone Christe.  
 Adiſis o Deus alme favens: moriar quoque Mundo huic  
 Immundo, ut ſoli vivam Tibi tempus in omne.

## SERMO LXXXVII.

Juxta illud Ovidii:  
 Pronaque cū ſpectent animalia cætera terras,  
 Os homini ſublime dedit cælumque tueri?  
 Terrena contemnenda, quærenda cælestia.

**Q**Uicumque in tetrâ hac jactatis membra palude,  
 Mundanoque ratem, remos ac vela tenetis

O-

Obruta naufragio, rabidas si temnere syrtes  
 Si fluctus cupitis vastos, si Doridos æstus,  
 Si rabiem scyllæ, si immitia saxa Capharei  
 Effugere, & rabido bacchantes turbine ventos  
 Et nudi a scopulis ad littora tuta natare;  
 Per tumidum hoc pelagus piceatis atribus ite,  
 Ne liget incautos fallax & blandula Siren;  
 Quæ illecebris operata suis & fraudibus usæ  
 Vos trahit ad dulces cantus, submerget ut inde.  
 Neu maga carminibus Circe, potuque potenti  
 Extra hominem faciat Bruti vos degere more.  
 Ergo quid optandum suades? animoque sequendum?  
 Quæ bona sunt, & quæ nostris accomoda rebus  
 Hoc tantum superos petito, dehinc cætera mandes.  
 Cælesti arbitrio; nec te lymphata cupido  
 Devict ulterius, quam quod sperares sinit fas.  
 Fallimus at nos met, docta hæc infania quo vult  
 Attrahit attonitos. Quid gens sòpita jacemus?  
 Quid tam dormimus fègnes; heu nonne videmus?  
 Ut terrena diu quæsita cupidine tanta  
 Inflammare queant, ne queant saturare sequentem?  
 Ponite degeneres animos, pecuinaque membra  
 Exuite, & mores tandem removete ferinos,  
 Atque hominis servate gradum, servate decusque;  
 Discite & hunc hominem deceat quo vivere pacto.  
 Audite & quanam possit ratione bearri.  
 Figenda est alibi anchora, fundamentaque firma

bito

Dd 2

Sunt

Sunt alio jacienda loco, quo nulla cadat fors,  
 Quæ nec tempus edax turbare nec ulla queat vis.  
 Mens alio nostra est tollenda, levandaque sursum  
 Lumina, si vitam, quæ sit viatura per ævum,  
 Si rore æterno, grandique ex ubere cæli  
 Nos saturos fieri, sedesque optamus avitas,  
 Nulla ubi paupertas, nullum cruciabile votum,  
 Veræ ubi divitiae, regnum & locupletius omni.  
 Surge homo, surge ab humo, frons si tua recta superne est,  
 Osque datum sublime tibi, quo spectet in altum;  
 Quis furor aut ratio tam te insanire coagit,  
 Totus ut in terram te ut curves, spurca velut sus.  
 Dirum & grande nefas quis non intelligat esse  
 Deflecta in terræ illecebras inhonestaque vota.  
 Idcirco nostris ut res abjecta, jacensque  
 Terra subest pedibus, quo sit calcanda premendo,  
 Non optanda homini, nec tanquam numen amanda;  
 Objectæque oculis stellæ, formæque nitentes,  
 Et rerum simulacra polo cælata superno  
 Fulgida nocturnis flammis, radiata diurnis,  
 Ut tu homo tanto operi præfixus testis adesses  
 Et tam pulchra tuâ celebres spectacula lingua,  
 Et mirâ hâc captus forma cum corde levares  
 Sæpius in superum convexa palatia mentem.  
 At tu, proh facinus, telluri infixus adhæres.  
 Quid te flectis humili? quidnam revoluta deorsum  
 Polluis ora sacra hæc, cælum quæ cernere iusta?

Quid

Quid proras imitaris oves, prolapsus ad ima?  
 Huc aciem huc tendas, quo sors naturaque nostræ  
 Conditionis agit, quo nos vocat illa Deorum  
 Cælestis pietas, verè quæ in pignus amoris  
 Acclivem erexit faciem, ut sciremus ad alta  
 Concilia, atque choros superum sedesque vocari,  
 Audi ingrate homo, largitori injuria fit  
 Magna Deo, si aliam in partem sua munera sumas  
 Ac dedit, en tribuit rectas rationis habenas  
 Qua certa incertis, pariterque æterna caducis  
 Präferres, pulchra & fœdis, & sacra prophanis.  
 Cur male quæso tuâ aurigâ ratione miselle  
 Uteris? & frœno per humum raptare relicto?  
 Quod tibi terra, dedit, corpus bene pascis & ornas  
 Ast animum, quod sit superâ Regione profectus  
 Contemnis, fraudas, irrides, negligis, immo  
 Hunc nihil omnino dissuto corpore credis.  
 Nosce homo, nosce, precor, quo sis de semine natus,  
 Subtrahe te terris, oculosque ad sidera tollas,  
 Sub pedibus ne quære Deum, super æthera felix  
 Et firmus status est. Si te fortasse jacentes  
 Straveris in terras; illuc scito esse cadendum  
 Quo te deiicies, & quo tua prona voluntas  
 Labitur, ingrediens exempta & libera quo vult.  
 Cumque vagans hospes curras peregrinus & exul  
 Sub brevis hoc stadio vitæ, nec detur in ipso  
 Aut certi aut stabilis quicquam, firmique videre,

Cer-

zoM

Cerne precor vigila, quo pacto hoc carcere lapsus  
 In patriam renicare queas, quā traxeris ortum,  
 Sultus in hoc fragili labor ædificare theatro,  
 tñnde sies paulo post extrudendus, & illa  
 Quærere, quæ hæredi mox sunt linquenda petulco.  
 Ultius at multo superis non condere te<sup>tis</sup>  
 Tiam solidas sedes, ut posthac robore, nec vi  
 SJlinc extrudi nequeas, quoquamve repelliri.  
 Si audire ergo meos monitus, si consilium vis  
 Æternas meditare domos, & deinde paretur  
 Regia quæ sit ad has tecum portanda suppellex.  
 Per sanctos operum saltus, per amena vireta  
 Collige opes solidas, nil fortis tela timentes  
 Quas veluti testes sub cæli scrinia condas.  
 Est homo natus ad hoc, cælestis villicus horti  
 Ut foret, & Domini coleret studiosius agros.  
 Hosce agros fidei sepes & munit & ambit  
 Spes alit & vegetat, scritur pietate, rigatur  
 Imbre superfaso scatebris manante supernis  
 Fæcundant lacrymæ trito de corde cadentes.  
 Nequa se intrudant fures, prudentia cernit.  
 Agricola assiduus divellit, runcat, & occat,  
 Ne erumpat stirps ulla nocens, aut noxia radix  
 Ast omni penitus vitiorum semine necto,  
 Pullulet alma seges virtutum & numine dextro  
 Felices pariat fruges, felicia farra  
 Quæ cæli condenda penu factura beatum

Mox

Mox sicut cultorem, jam jam positura quietum  
Sedibus ethereis summi Jovæ ante Tribunal.

## SERMO LXXXVIII.

### Quibus mediis ad cælum itur.

**A**ccipito his paucis in cæli regna quibus sit  
Viribus intrandum, qualis exercitus, & quæ  
Arma Deos superent, qualis quoque machina tress  
Evertat superas, & ubi penetrabile cælum.  
Si tibi mens fuerit jucunda & libera, ab omni  
Anxietate carens, superis si inimica repellas  
Sæva odia, & si nil duri, nil ipse molesti,  
Nil grave, nil metuas miserabile; namque remota  
Causarum causâ, effusus removetur & ipse.  
Cernis ut oppositis obstantia sâpe mederi,  
Antidoto antidotum, pariterque venena venenis.  
Si rebus modicis, si angusto, si lare presso,  
Si contentus eo quod sors & fata dedere,  
Si paupertinis dapibus, vilique paratu  
Degis ad imperium naturæ cuncta regentis,  
Turgida si ira cadat, ponet si ferrida bilis,  
Si curâ ardenti, rabie si cordis anhelâ  
Si pulsâ ingluvie, veneris si ardore subacto.  
Si quod præcipuum est, si quod super omnia grande,  
Sensibus edomitîs invictus, fortis & asper

**Effe**

Esse tui possis Dominus, si denique pulsis  
 Mille cupidinibus, quæ tanquam sœva Tyrannis  
 Te Tibi surripiunt ac surdo verbere pulsant,  
 Undique securus vives, & liber ab omni  
 Turbine, quod nequeas casu, vel forte moveri:  
 Tunc quasi jam factus felix, comparque Dcorum  
 Linquere & incipies, tunc & deponere totum  
 Quod mortale fuit, quod labile, quodve caducum  
 Longe & ab humana discretam vivere sortem,  
 Et cœli accessus poteris penetrare latentes.  
 At nisi per duros aliquem Deus ipse labores  
 In sua regna trahit, nec sidera inertibus offert.  
 Nam via difficilis, clivosa, atque ardua quemquam  
 Non prius admittit, quam cum se pectore toto  
 Abneget, & si quid placitum est, & dulce relinquat,  
 Vinclaque, claustra, focum, lapides, tormenta, catenas,  
 Esuriem, atque sitim, cruciatus, verbera, mortem  
 Sponte sua tulerit, mercatus sanguine cœlum;  
 Et nisi quis fuerit cœlesti numine ductus,  
 Nemo potest proprio visu penetrare, nec arte  
 Æthereos aditus; veluti sub nube latentem  
 Nullis ante datur clarum discernere solem,  
 Quam fuerint sparsi radiis, & lumine folis.  
 Nec superi cuiquam mortali infundere lumen  
 Consuevere suum, penitus nisi mente animoque  
 Illius in superos sit fixa & prona voluntas.  
 Jam tu igitur cœlo adductus, numeratus & inter-

Se-

Semideos Proceres sacroque jubente Senatu,  
 Scribere æterni jam tum novus incola Regni.  
 Si prius hostis eras superis cæloque rebellis  
 Tunc te convertes tum conciliabere amicus;  
 Hoc quod terra fuit, cælestè evadet, & illud  
 Quod mortale prius, factum immortale, fluensque  
 Jam solidum fieri videas, & labile fixum.  
 Jam lucem tenebras, jam libertate potiri  
 Qui captivus erat; profugus, vagus, exul, & errans  
 In Patriam remeat; pauper ditabitur, & qui  
 Intrarat nudus, solemini veste tegetur.  
 Quisquis & esuriens, sibi vera parabitur esca,  
 Panis & huic vitæ, divinaque pocula, nectar.  
 Infimus excellet, servus Dominator erit Rex.  
 Mox & virtutes, superum quo possis ad astra  
 Scand. re, præstabunt plumam, insolitosque volatus.  
 Tunc nisi quod sanctum est meditans, quod grande,  
     quod altum

Paulatim tolleris humo, vectusque per auras  
 Calcare audaci tentabis sidera saltu;  
 Huc ubi perventum fuerit resonabit ad aures  
 Cantus lætantum Aligerum hymnosque canentum.  
 Laudibus atque hymnis hinc tu vallatus ubique  
 Purpureum per iter penetrabis ad atria Divum;  
 Celsior inde loco incipies miranda tueri  
 Atque immensa nimis sublimia tecta Tonantis;  
 Queis simul admissus fueris, venerabile Numen

Ee

Et

Et jubare & radiis & majestate verendum  
 Prospicies, qualem nulli pinxere Poetæ,  
 Et nulli videre oculi, neque lingua locuta est,  
 Aure nec insonuit, sola sed mente videndum;  
 Et cui tanta subest virtus, cui gratia tanta  
 Ut si mortali cuiquam semel esse videndum  
 Præbuerit seſe, vitæ mortalis amore  
 Extinguet penitus, stupeat posuisse repente  
 Noxia vota, novo vitæ accedente tenore,  
 Seque alium esse hominem distantem prorsus ab illo  
 Qui fuerat, moresque alios & cuncta novasse.  
 Nil ultra quæret, cupiet, metuetve, cadetve  
 In gemitum aut lacrymas; discrimina, damna, dolores  
 Nec fortuna sibi, nec mors, nec fata nocebunt;  
 Nullaque vis posthac curâ subducere inani,  
 Afflatam poterit cælesti lumine mentem.

## SERMO LXXXIX.

### Ad Deiferam Virginem Mariam.

**Q**Uæ paris indutum carnem sine semine Solem  
 Justitiæ, & Verbum; salveto Ancilla Tonantis,  
 Pneumatis o pia sponsa, o Jesu Mater amata.  
 Luminis æterni jubar es; decus ætheris, orta  
 Gentibus in lucem miseris, maris aurea stella.  
 Pullulat ab radice suâ Te Jesse, paternâ  
Sed

Sed sine labe manes; concepit sic tua Mater;  
 Credere sic dignum, sceleris tibi adhæreat ut nil.  
 Prorsus Adæ, nil flamma nocet tibi, nil nocet ignis  
 Undique conflagrèt quamquam rubus, ille pudor nec  
 Corporis est læsus, quin & sit mentio nulla  
 Peccati, quisquam ut memorat te Virgo beata.  
 Tota quidem pulchra es, mea dulcis amica, nec in te  
 Est macula, unguentique tui suave halat aroma.  
 Te Pater æternus sponsam sibi legit ab ævo  
 Et Matrem, cum facta forent nec saecula; cuncta  
 Triste chaos fuerant, nec dum primordia rerum  
 Candida prodieras cum æterni ex ore Tonantis :  
 Ætherei facta es præclara fenestra Palati,  
 Quā introitus patet atque aditus mortalibus ægris.  
 O Regina poli, decus o terræque, marisque!  
 En tua mirantur præconia digna superni  
 Indigenæ, quove ore decet præconia tollunt;  
 Martyribus palma es, tu gloria civibus altis,  
 Virginitatis honos: tua tempora virgo coronant  
 Bis sex sidera; sub pedibus vaga luna tuis est,  
 Undique sole micas; signum Thaumantias Jris  
 Tu posita es paci, immemorem quod non sinit esse  
 Humani generis Numen; Te propter Abramus  
 Credidit ipse Deo & meruit multis Pater esse  
 Gentibus, es medium per quod datur hostia Patri,  
 Terribilemque locum tua tum præsentia fecit,  
 Cum scalam cæli esse Jacob te vidit, in axe:  
 Tu mare, Jordanemque retro fluere in mare cogis

Israel ut montem ad Summi migret usque Tonantis.  
 Tu simulacra Laban rapis, Agyptique penates,  
 Et solâ Duce Te cadit hæresis usque chelydris  
 Vincta caput furiale, & quidquid adultera veri  
 Fabula, commentis in credula pectora mittit.  
 Tu vitæ lignum quo serpens pendet ahenus;  
 Antiqui tu torta premis fera colla colubri.  
 More facis Josue properantem sistere solem,  
 Dei icis horizonisque tubis sacra mænia; vastum  
 Cædis Holophernis caput o celeberrima Judith:  
 Centimanum anguipedemque ferit tua funda Gigantem,  
 Assuerum placas humili prece Virgo furentem,  
 Atque tuam servas Hester pulcherrima Gentem.  
 Abbigail prudens; Aaron flos; foederis arca,  
 Candelabrum auri; Rachel dilecta marito,  
 Millia te signant enigmata, mille figuræ,  
 Ple na quibus tota est sanctorum pagina Patrum.  
 Tu vetus illa Sion, de quâ memoranda feruntur,  
 Quam sibi Rex hominum legit; Te Regius ornat  
 Psalterio aurato Vates; Tibi cantica promit  
 Numine divino Salomon; Te concinit usque  
 Turba Prophetarum; currus flammatus Heliæ es;  
 Spiritus atque duplex: Turris Clypeata, nitens tu  
 Es pellis Salomonis, & Hinnulus invia saltans  
 Per carecta, Columbarum sine turbine ocelli  
 Sunt tibi, colla tibi Barrhi, gena Turturis atque.  
 En tuus emittit Paradisus punica mala,

Ne-

Nectare lingua madet: lac, mel tibi manat ab ore.  
 Tu fons signa gerens: hortus conclusus ab omni  
 Parte; Dei tu porta manes: fluis impete vivo.  
 Tu fons hortorum: facis atque excurrere petra  
 Dulcis aquas; Veri es Genitrix Salomonis; inundans  
 Vellus rore: sub Engaddi botrus, uva Sorethi  
 Tu Libani Platanus: Tu in Cades florida Cedrus  
 Flosculus in campis; in clivis mitis oliva.  
 Tu crocus es, tu palma & odori succus amomi;  
 Copia larga rosæ tu suaviter exhalantis;  
 Tu casia & costus, tu gutta & virgula thuris  
 Mandragora es; delecta Deo tu silvula myrrhæ,  
 Balsama tu redoles, tu cynnama, tuque cupressum:  
 Rosmaris atque thymum, Virgo, in te suave rubescunt:  
 Tu rosa sub spinis: tuque in convalle virenti  
 Liliolum es, tu nardus, & omnis odor violarum.  
 Sed quorsum hæc? citius Ponti numerabis arenas  
 Angele, quæque foli Lybici sit messis abunda.  
 Quam tibi vel minimas recitent mea carmina laudes  
 Christisera ò Genitrix; verum cape grata, precamur;  
 Me rege depulsis vitæ, pia Virgo, procellis  
 Sit tua dextra salutaris, rogo, tensa DURINO.  
 Aurea mater ades: votis simul annue nostris,  
 Ut tibi complaceant: ades aurea Virgo, vicesque  
 Mecum Matris agas; Tibi Jesus nil negat ipse,  
 Qui Te perfugiumque reis, & fecit asylum.

SER.

## SERMO XC.

Detestatio Hypocrisis  
Ad Ladisilaum.

**Q**uid sibi concretis vult squalida barba capillis  
 Demissoque supercilie vox pressa? secus haud  
 Ignavo struthio data forma volatibus apta est,  
 Cum tamen ipse volet nunquam. Tibi Ladisilae  
 Signa placent virtutum; sed tibi displicet usus:  
 Sæpe latet pulchro fœdus sub cortice vermis.  
 Quam grave pro fragili duros mercede labores  
 Quam grave magna pati exiguo pro, damna, favore.  
 Decipitur quisquis mavult probus esse videri,  
 Discendis animi quam dotibus invigilare.  
 Quidquid agis studio laudis vanescit in auras,  
 Illaque vix satis orta perit, caro Virginis etsi  
 Munda siet; mente infectâ tamen abnuit intro  
 Hanc Deus; extorquere fame, modicâque quiete  
 Quid nam opus est, Togulâ & velari pauperiore?  
 Si tamen incultis animus sub vestibus ardet?  
 Mensque atras inter sordes tumet ambitione?  
 Florida nil prodest sine fructu vinea: sic &  
 Nil animo prodest quidquid fit laudis amore:  
 Namque licet frondes videntur habere virentes,  
 Illud opus tamen ad fructus non pervenit; alti

SER

Quis

Quis furor est cæli te credere vivere in axe  
 Stercore cum jaceas vitii scelerumque sepultus?  
 Quæ tua laudari est, ceu sit sine labe voluptas;  
 Ipso animo aspiciente suas deflenteque sordes?  
 Ut qui comperto ditari somniat auro  
 Gaudet, & evigilans queritur sua gaudia vana.  
 Nonne miser simili cruciaris imagine? cum te  
 Laudari ficta morum audis de probitate?  
 Laus hominis propria est naturæ vivere Sanctis  
 Legibus, illa fugit quidquid simulatur, & odiit.

## SERMO XCI.

### De vitæ vanitate communique hominum fine.

**Q**uis mihi det celeres Aquilæ vel hirundinis alas!  
 Avolem ut à turbis hominum, per lustra ferarum  
 Ac deserta vager, cumque illis ducere vitam  
 Assuecam socialem, quas mage credo fideles  
 Constantesque magis ipsis mortalibus; ævum  
 Namque ita fors possim levius traducere tantis  
 Fraudibus hic plenum, tot fœdis undique probris.  
 Sed tamen hoc unum, generi haud commune ferino  
 Mî concedi optem; gnaram nempe usque Tonantis  
 Mentem, curantem semper cælestia, omissis

Illecebris sæcli; ac abrupta compede sæva.  
 Sin minus effugere hinc liceat, nec me esse malorum  
 Annuat expertem summus rerum esse Creator:  
 At cuperem acriam in speculam coiſcendere ut orbis  
 Cernere me totus queat, exaudireque longè  
 Talia ego magnâ crebrò duni voce tonarem.  
 Mortales homines, fluxa & vaga turba, quoſque  
 Delusi larvis, levia & ludicra ſequendo  
 Aeternum ſummumque bonum flocci facietis?  
 Inspicite o'miferi, cuncta ut ſub ſole creaſta  
 Debita ſint morti; vivaci hic flore Juventæ  
 Audax gaudebat nuper, membrisque torofis.  
 Hic forma egregia & præſtantि corpore dudum  
 Verterat in ſeſe cunctorum lumina, caelo  
 Lucifer ante diem cunctis formosior aſtris  
 Ut micat; hic frameas fortis tractabat, & enſes,  
 Optimus hic agitare feras & vincere curſu  
 Damas, & diris metundos viribas apros.  
 Mensam hic Hungarico, dapibusque gravabat opimis,  
 Et terra atque mari ingluviem exſatiare nequibat.  
 Nunc curvi infirmique omnes ſunt, cernite, facti;  
 Corporis excessit decor, & ſubeunte ſenectâ  
 Languescunt vires, ventriſque gulæque voluptas  
 Occidit omnis; adhuc hominis nihil heu prope fervant.  
 Rursus & huc acies ac ſanam advertite mentem  
 Aegri mortales falsis & cernite vera.  
 Hic ſermonē potens eſt, hic insignis avorum

San-

Sanguine, consilio valet hic; iste omnia novit  
 Naturæ arcana; in bellis Dux maximus hic est,  
 Hic sibi divitias, talentaque multa coegit,  
 Hic rigido torquet populos examine Judex,  
 Hic ostro splendet, variæque insignibus aulæ  
 Sic tumet, ut Regem ipsum parvi pendat olympi;  
 Momento exiguum in cinerem vertentur at omnes  
 Omnes una manet mors, falce æquabit & uncâ,  
 Una Domus servos, Jnopes, Dominosque potentes  
 Excipiet cunctos, quamvis sibi priva se pulchra  
 Marmore viventes tollant, & nomina saxis  
 Ac titulos frustra sculpant; eadem manet omnes  
 Lanx homines, nudatæ erimus calvæ, aridaque ossa.  
 Cessabit fastus, rixæque, ac tristia bella,  
 Pauperies, morbi simul hæc cum mole peribunt  
 Omnia corporeæ; donec consurgere jussi  
 Rursus ad horrendos sonitus perterrecrepi æris  
 Judicis æterni sistamur ad usque Tribunal,  
 Cujus ad imperium pœnâ male facta perenni  
 Plectentur; sed digna pii tunc præmia habebunt,  
 Sedibus inque poli securâ pace fruentur.  
 Proinde meis dictis præbete fidelibus aures,  
 Pellite segnitiem foedam, ignavumque veternum;  
 Eja agite & mundum fugite, & quæcumque dolosus  
 Fomenta insinuat serpens; & opes infidas  
 Et genus & formam reputetis stercore; celsum  
 In cælumque oculos animumque attollite, veræ  
 Sunt ubi divitiae, sunt atque ubi gaudia vera,

Ff

Quæ

Quæ non tempus edax, non ulla injuria tentat,  
Immutare; piis animis Deus illa paravit,  
Quæ neque viderunt oculi, neque perceperunt  
Aures, nec possunt speculari terrea corda.

## SERMO XCII.

### Contra Amorem Ad Nobilem Polonum Sigismundum.

**C**onsuluit pietas ut Te Sigmunde monerem  
Communem stolidæ ne tu sequerere Juventæ  
Forte viam, omnis enim Puer ut lanugine vernat,  
Ut plerumque solet stultis in amoribus horas  
Perdere; quo caveas scelus hoc, animique venenum,  
Quid sit amor paucis, ergo instituare necesse est.  
Mentis amor vitium est, oriturque cupidine formæ  
Dibilitante animi robur, viresque; tenax hic  
Cordibus humanis ubi adhæsit subjugat, atque  
Pertrahit in facinus Veneri quodcumque videtur,  
Nil veritum leges, nil & mandata Tonantis.  
Res horrenda! facit licitum scelus omne videri.  
Mens sic tota malis aff. & ibus obruta dormit;  
Ut Notus æstivis obnubilat aera pennis  
Oppressamque tenet lucem; velamina tendit  
Sic Amor ante oculos mentis trahit inque profundum  
Pectora nostra chaos; fertur per aperta pericla

Hinc

Hinc securus amor; quæ certe nullus adire  
 Confidat nisi mentis inops. Super alta domorum  
 Hinc positis noctu scalis, dum perfurit Auster,  
 Tecta salit, jacet in latebris, adituque maligno  
 Jste, inter titubans spem fluctuat atque timorem.  
 Pugnat in ambiguo sententia pectori duplex,  
 Vellit inire fugam, vellit quoque amore fruisci.  
 Ille subit gladios & pro Muliere duellum.  
 Fit pecus omnis Amans; dum pro ratione libido  
 Regnat, enim quisquis vivit sine lumine mentis  
 Atque usu, vultus Hominis, Feræ at ingenium fert.  
 Est pecus: & fallax hominem mentitur imago.  
 Anser aquis gaudet, sylvis Aper, aere Falco  
 Consilio Genus Humanum. Panes, Satyrique,  
 Oreades, & Srenes, Nymphæque Marinæ,  
 Et Lamiæ referunt humani corporis ora.  
 Si videas vultus, homines vidiss: putabis,  
 Esse feras constat si turpia facta notabis.  
 Hinc igitur fati non sunt mendacia vates,  
 Monstrosos homini cum vultus imposuerunt,  
 Qui partim sensu, partim ratione feruntur.  
 Hi sunt Centauri, Minotaureque biformes,  
 Monstra quibus genus est duplex; in amore jacentes  
 Talia significant animos; subit Inachis Jo  
 Hinc bovis effigiem, latratque sub æquora Scylla.  
 Nyctimene in noctis volucrem conversa; Medusæ  
 Gorgoneus crinis turpes mutatus in hydros.

Ff 2

Ut-

Utque scias quantum valeat subvertere mentes  
 Jste furor; nantem spacioſa per æquora cerne  
 Leandrum Ephæbum ſua funera ſollicitantem,  
 Stultus Phryxeis clamabat in æquoris undis,  
 Cum rediturus ero, tunc me ſubmergit fluctus:  
 Adspice Pastorem Phrygium Spartana ferentem  
 Furta, ſuæ Trojæ excidium & lacr̄mas paritura.  
 Suasit amor Scyllam regno ſpoliare Parentem,  
 Gnoſiacoque Duci ſeſe Patriosque penates  
 Tradere, tanta animo rabies, præponere Patri  
 Hostem; Theseæ redeuntia vela carinæ  
 Aspice ferre Jovis Neptes. O fulta superba!  
 Crudeles caſus, tristemque attende ruinam,  
 Conservasse fidem paſtam nec foedera vana.  
 Quid referam Cyniræ coitum; quid Biblidis ignem?  
 Pasiphaeque ſcelus Taurum quæ infanda feſellit.  
 Medea hospitibus dedit aurea vellera Graiis.  
 Natorum inſonti mox eſt perfusa cruento.  
 Ira malum minus eſt, breviter quia præterit; ævum  
 Diuturnum ſed vivit amor; cruciatibus angit  
 Affiduis hominem, dicit quæ cætera vulgus  
 Crimina, ſunt longe minus exitiosa; ſat eſt hiſ  
 Namque uni nocuisse; Cupido ſaltem homines vult  
 Præcipitare duos; tali quicunque cicutâ  
 Febrifugia, vult alium ſimili conſpergere culpâ.  
 Aspice quam variis Erymanthida Juppiter ursam  
 Artibus induxit; quoſ verbis Phæbus Apollo  
 Flectere curavit Daphnen. In pectore grandes

Te

Te, cui magnanimo, priscæ parit inclyta curas  
 Fama domus, laudes & cui calcaria subdunt  
 Majorum, esse Atavis studeas ut non minor, istam  
 Convenit ex animo penitus convellere pestem,  
 Et vitare Locos Puer hic ubi retia tendit.  
 Retia sunt Hujus, vultus & amabilis ætas  
 Atque Puerorum Collegia Formosarum.  
 Adde quod acer Amor generosa negotia frangit,  
 Nec nisi fœmineas curas sub mente volutat.  
 Grandibus incæptis obstat, nec fortiter æcta  
 Heroâ probat ille manu; sed negligit usque  
 Omnia præclaros quæ sunt paritura triumphos;  
 Et decora, & titulos flocci facit; otia laudat  
 Delicias, unguenta, jocos, choreasque salaces.  
 Invidus Æneam lybicis tentavit in oris  
 Sistere, iter cæptum in Latium ne prosequeretur;  
 Ne jacta imperii primordia poneret Alba,  
 Unde futura orbis semper caput inclyta Roma.  
 Æstuat amissâ Chryseide magnus Achilles,  
 Languet, & Argolicis optatum ferre recusat  
 Auxilium; elatam studuit subvertere mentem.  
 Sic amor, ante Duces Graios præ ut ferret Amorem;  
 Ut Juvenis tantum decus obscuraret, & arma  
 Debiliora forent Graiorum sic Duce læso.  
 Et quia nudus Amor studet exhaustire sequaces  
 Dilapidante domos luxu: patrimonia lautis  
 Hinc ubi quis minuit mensis, heu tristis inopsque  
 Ambulat attritis tunicis; & cura Patrum quas

Su-

Sudarat multis annis, mox una triumphat  
 Fœmina divitias; quoniam & Puer est, amat usque  
 Basia, blanditias, levium solatia rerum.  
 Et quia pennis, cito mobilis, & quia cæcus  
 Præcipiti fertur delicta per omnia gressu.  
 Et quia fert arcus, mucronigeramque pharetram,  
 Atque facem, mala mens est, ingenium & truculentum.  
 Incipit a rīsu; curis coalescit amaris,  
 D. sinit in lacrymas tandem; ergo quisquis amas, sis  
 O memor eventus, versaque relabere cymbā  
 Pervia tranquilli dum te sinit æquoris unda.  
 Et cave ne subitā maris involvare procellā  
 Ardenti tonat ira polo dum fulminis hæcce  
 Mi Sigmunde habui, tibique memoranda putavi,  
 Dum cupio ad summos ut promovearis honores.

## ELYSIUM CRHISTIANUM

HOC EST  
 Camaldulensis vitæ Panegyris

AD  
 Ad. R. P. Cantium.

**E**rgo ille est felix qui Regia limina & aulas  
 Incolit infidas, & possidet ille beati  
 Nomina, enjus opes congregatas strangulat arca?

Fal-

Fallimur.. ah felix est ter quater ille beatus  
 Auras qui spirat, solet almus ut Accola Rupis  
 Nempe Camalduleæ; turbas fugit, atque loquelaæ  
 Crimina jactantis, tuto mentisque recessu  
 Exul ab Urbe hominum damnofa negotia spectat  
 Ungulæ equi nec ferricrepâ fera bella vocantis  
 Executitur, nec si flabris Borealibus æquor  
 Intumer, atque Thetis stridenti Aquilone nigrescit  
 Frangit voce Polum, iram ut comprimat æquoreus Rex,  
 Nil metuens fremitus Neptuni & Tethyos æstus.  
 Ergo aut illibata Deo sua sensa maritat,  
 Afflatusque animi, celso aut de culmine mentis.  
 Errores hominum damnat, curas & inanes.  
 Vi Lacrymarum idem parat incorrupta pereennis  
 Gaudia secli, ipsum crebro se fuste cruentans;  
 Atque ubi luciferos extollit ab æquore crines  
 Mundi Oculus; lætus lucem ut bibt! ætheris hæres;  
 Sed cum sidereum fuscus vocat Hesperus agmen,  
 Conglomerat hinc inde melos, Pæana Potenti  
 Quo recinat facra Turba Deo: rota ut impigrâ in orbem  
 Acta manu, curtas ex piscibus obtulit escas,  
 Atque suum invisit properanter cœna Colonum,  
 Convivamque Dei quærit, non illa culinâ  
 Nobilis, externoque Coco, non luxuriosis  
 Juribus, at simplex: succumbunt membra sopori  
 Posthæc, expergenda sono mox æris acuti,  
 Ut numen rursus vincant prece, dulcè silens Nox

Dum

Dum precibus favet; interea vasti usque rotantur  
 Orbe globi, glomerant tempestatem imbribus atris  
 Collectæ ex alto nubes, surialè rubentes  
 Arbitrio mutant Regesque Duceſque Cometæ  
 Atque minas late jactant, se regnat at ipſe  
 Cellæ hospes Camalduleæ, Fatique minaces  
 Irridet furias & cœcæ munera sortis,  
 Hostes atque suæ mentis sensus videt infra  
 Se domitos; gaudet proceris montibus, astris  
 Quod mage vicini emineant, sed eum armiger alti  
 Nimbus atrox cæli tonitralia fulmina portat  
 Si montium capita alta ferit manus Ejaculatrix  
 Numinis, atque rubens; insons nihil ille ruinae  
 Formidat tecto, dum summa cacumina nutant,  
 Sed premit insidens fastigia summa, viamque  
 Fulminis inspectat, securus fulguris iræ:  
 Nempe tenet Cellas, & nuda Tuguria nunquam  
 Quassari tonitru vel fulmine tangier; aut stans  
 Numinis immensas vires meditatur adorans,  
 Vel multus in genua cruci, omnem animam desigit.  
 Fatifer igne ruat nimbus; procurrat in ipsam  
 Aequor humum, subversa ferox atque oppida volvat,  
 Et labens Polus, insano fractusque tumultu  
 Totum orbem extremâ terat, affligatque ruinâ  
 Ipse haud pallet; atrocem hostis lethum appetet enſe  
 Barbarus, horrendum niteat vibranda securis,  
 Oscula non franget, quæ totis incubâ labris

Im-

Imprimis ipse Cruci : querulae cum murmura sylva  
 Aure bibit, linguas tot percupit ipse, vitentes  
 Quot nemora enumerant frondes; imitarier astra  
 Cælestesq; choros ardet ; quæ fronde propinquâ  
 Arbor Æthera lambit, in astraque, brachia tendit  
 Dicitur hæc felix arbor; cælum illa petiscit,  
 Imploratque fidem Authoris. simul atque rosetis  
 Ver micat, & ridet patulo aere, gaudia terræ  
 Enascique jubet, campos circumspicit ipse;  
 Ecce ferax, inquit, Numeu tellure resulget ;  
 En flos mane novo solvit sua germina Numen  
 Ut colat, & linguis crocus irradientibus effert  
 Purpureum caput, atque patenti lilia labro  
 Basia dant Zephiro, blandis inflexus acanthus  
 Annuit atque auris, & late spargit odores,  
 Splendescuntque genæ violis, ubi rore recenti  
 Laverunt vultus, terrena & pocula spernunt  
 Rorantum astrorum cupidæ traxisse Salivam:  
 Attulit ut lucem fulvis Aurora quadrigis  
 Densis garrit in arboribus Gens læta volucrum ,  
 Concentum cæli simulantque, suoque loquuntur  
 Cunctæ auræ Domino: Tu stipite segnior , atque  
 Frigidior scopulis & putri pigrior unda es!  
 Floribus hæc fatus, lacrymans incidit amaros  
 Arboribus questus, lacrymis ut saepe rigata  
 Exeat ad cælum ramis felicibus arbor.  
 O! felix Camalduleæ bonus incola rupis

Gg

Cer-

Certo consilio bonitas quem Numinis abdit,  
 Ne castos maculet mores contagio secli:  
 Divitiæ huic paupertatem tolerare, moriri  
 Longo huic suppicio jucunda & summa voluptas.  
 O pulchras Acies! o Castraque fortia! quæ spes,  
 Una fides, regit unus amor; sub legeque vivunt  
 Unâ omnes, quanto rapiunt eheu! astra labore.  
 Quæstibus assiduis pulsant vacuum æthera, longa  
 Per jejunia debilitant corpus, viresque fatigant  
 Votis unanimes, instant quoque vi Lacrymarum,  
 Ingeminantque preces socias, concordibus armis  
 Vimque Polo faciunt; hæc vis & grata Tonanti est;  
 Per lacrymas gemitusque Parens amat Optimus Jllæ  
 Vincier, & duris sic conditionibus astra  
 Summa recluduntur; fervent cum cuncta tumultu  
 Altum Turba tacet, dum cætera nocte filescunt  
 Cantica per, rumpunt hi longa silentia noctis;  
 Exercent vigiles opus, incumbuntque labori  
 Non resides dextræ, quin mens quoque subditur, etsi  
 Sit Regina sui & Rectoris nutibus ambit  
 Obsequier, jurisque sui, nil servat avara,  
 Liberiorque jugo est. Cællæ quæ discit in umbra?  
 Dum nullo strepitu, quercus atque inter opacas  
 Jlli fe retegit sincero lumine Numen.  
 Nos affixa solo divinæ semina flammæ  
 Comprimimus, cœlestis originis immemoresque

Spe-

Spectamus viles, ceu muta animalia terras  
Vix oculos ausi, vix Cœlo attollere Mentem.

### De prævaricatione Adami & Evæ in mundi primordio.

**P**RIIME Parens hominum, terræ quem totius orbi  
Immensis Dominum latè præfecit & undis  
Omnipotens Rector, cur non sine crimine vixti  
Integer; atque Tui cur sic rerumque Parentis  
Jussa es transgressus? pellacis vocibus Evæ  
Cur parere ausus? valuit plus ergo colubri  
Vox maleuada, Dei quam lex suprema? colore  
Pomum erat an tanti citrio, Illi post ut haberet  
Lubricus æternam lucem vitamque perennem,  
Teque tuumque genus veniens incautus in ævum  
Mersares nigrâ suffundens omnia morte?  
O quantus fuit ille furor, dementia quanta  
Stulte, boni atque mali sic te fecisse scientem!  
Hinc horto ejactus patrio, nos labet nefandâ  
Fœdasti imprudens, poterat quam tollere solus  
Filius ipse Dei, misero datus Arbiter orbi  
Servatorque hominum factus pacisque sequester,  
Unus qui Adamidum prolapsam restituit rem;  
Unus pro multis patrias qui flecteret iras,  
Atque iter ipse suo signaret ad astra cruento.  
Tale quis sarcana fatis o quis pendere possit,

Gg 2

Con-

Consiliumque Dei non enarrabile; amoris  
 Nunc homo Filius est, fuerat qui Filius iræ,  
 Dæmonis antea qui servus, modo Numinis; & qui  
 Debuerat Barathri mergi sub nocte profundâ,  
 Hæres nunc summi versâ vice factus Olympi est.

De mundi Excellentia &  
 hominis dignitate  
 S E R M O   X C I I I .

**T**Am varius decor hic mundi, naturaque rerum  
 Tam stabilis certum conservans usque tenorem  
 Indicat esse Deum cælo, qui principii sit  
 Expers & finis; tonitralia Templa rotundi  
 Cerne poli; quid nam formosius , aut operosâ  
 Conditum ab arte magis Tu dices? æthereus Sol  
 Mundi oculus,tellus per quē videt omnia; vultu  
 Lunaque versicolore, sui soror æmula Fratris  
 Somniferæ noctis moderatrix; cæteraque astra  
 Numinis haud dubiam faciunt mortalibus ægris  
 Notitiem; omniparens quantis en difflit usque  
 Terra opibus, quantos fructus, quot commoda profert?  
 Mirari an parcam fontes, amnesque perennes,  
 Oceanique vias liquidas longo usque scatentes  
 Agmine belluarum, quodque æthere regnat aperto  
 Aligerum genus, atque feras per lustra vagantes?  
 Nosque homines tandem divina mente creatos ,  
 Fe-

Felicemque Dei sobolem: nos nostraque prorsus  
 Nescimus, ni rite Deum noscamus Olympi  
 Regnatorem alti,dextrâ Imperioque potentem,  
 Et durum pennis si non resipiscimus ; Ille  
 Non pecudum ritu nostras vult quippe perire  
 Ille animas asper,meliori at luce beari,  
 Purpetuam & secum felices vivere in ævum.

Quod Studiosi quovis tempore Musis  
 vacare possint  
 SERMO XCIV.

Ad ALEX: de SANCTIS.

**A** Gricolam tecti tenet importuna sub umbrâ  
 Tempestas,ruit effuso cum Juppiter imbre  
 Nec solitum permittit opus. nemora alta relinquunt  
 Pastor &c in stabulum pecus abdit; Navita puppes  
 Spectat iners portu subductas, cum mare crebris  
 Turbat hyems ventis,nec habet Venator in agris  
 Ecquid agat, madidi cum fœdis imbris agri,  
 Aut jacet in stratis somno resolutus inertus  
 Tedia longa mero vel fallit: tempus Alumno  
 Musarum soli non obstat, sidere quovis  
 Olli constat opus doctum; Sithonia bruma  
 Si fævit, studet ante focum: nemorosa secundum  
 Flumina, si tostas exurit Sirius herbas,  
 Seu pluvia est, seu flant vesano murmure yenti

Pam.

Pampincas seu vexat opes Nepa grandine cincta,  
 Illum confvetus retinet labor, inclyta volvit  
 Prisorum monumenta; arat indelebile chartis  
 Aut aliquid doctis; sic Te doctissime Sancti  
 Si prodire foras negat intractabile tempus ,  
 Libris intentum,& Calmeti obs. ura reperta  
 Versantem cellæ remoratur nobilis umbra :  
 Me quoque hyems hæc non invitum dira moretur,  
 Nata placent isto Tibi si mea carmina cælo.

IN FRAGMEN SCOPULI  
 Quod Dragutū ejusq; machinamenta stravit.  
 Ad Excellen: D. D. de Mirabau  
 Triremium Melit: Præfectum.  
 SERMO XCV.

**C**Inxerat odrisiis Melitensia littora castris  
 Dragutus Dux Lunigerum: displosa boatu  
 Dum tormenta tonant, involvuntque æthera fumo,  
 Dum caligantes circum nox explicat alas ,  
 Turbato similis cælo ferus Ægide vultum  
 Exerit, & sic perfremebundo fulminat ore:  
 Vos, o vos mea cura Getæ,mea gloria Thracæ,  
 Obtestor Getici per Numina magna Gradivi,  
 Obtestor, jam viætrices extendite dextras,  
 Jura, fidemque, laresque uno prosternite bello,  
 Ipsa rogam Furiæ Melitæ per viscera ferrum,

Non

Non Superos, non Astra vocat, sed poscit Erynnin,  
 Et stygii vocat imperii sua numina Reges:  
 Pergit at insanâ dum voce lacestere cælum,  
 En scabri immanem scopuli pila ferrea dorsum  
 Percutit, excisi fragmen memorabile saxi  
 Impia Draguto ferit ilicet ossa Tyranno,  
 Concidit, inque suâ revolutus tabe momordit  
 Tellurem; erexit caput, & connixus in hastam  
 Fumanti implevit moriens ter sanguine dextram,  
 Hoc ait aspergo lustrali fonte Gelonum,  
 Italicas rapidis si torreat ignibus oras,  
 Hæc ferat Italiæ mea sanguinis unda procellam:  
 Ast age barbarico quo corpora Mausolæo  
 Linquam ego, dira negat lævum mihi sidera Numen,  
 In terris aversus ego sacra Templa recuso:  
 Me Melitæ supra ruat alto a culmine, tantum  
 Par est me proprium par est celare sepulchrum.  
 At si dejiciat gremio mea funera avara  
 Tellus perruptæ vindex infesta quietis,  
 O socii terramque levem pacemque sepulchri  
 Ne donate mihi, maris imperiosior æstus  
 Corpus agat, præceps rapido & voret æquore vortex.  
 Proh fera barbaries! vulgaris munera saxi  
 Non potiar Dragutus ego! quâ sede reponam  
 Fortunæ nigra busta meæ, si miles ab orbe  
 Me expungit, rutilis removet si Numen ab astris,

Jpsc

Ipse mihi patet òrcus, amat me Pluto, feroci  
 Hæc genio patet aula mæo, patet aula; sed una  
 Hoc rapite o furiæ pectus, gremioque fovete  
 Ut vitam faciles vestro inspiretis alumno.  
 Do furiis Galeam, dò nigris ignibus artus  
 Do cineres perterrificabis Aquilonibus, arma  
 Do Phlegetontæo necibus satiata crux  
 Dura habeat crudas habeat discordia pugnas,  
 Dis formidati hanc teneat sibi corporis umbram  
 Ut possit magnum cælo terrere Tonantem:  
 Ah! procul erravi, mea corrige vota satelles;  
 Heu linquo pacis probrosæ dedecus orbi!  
 Mecum bella fero genialia bella per umbras;  
 Ne tecum fortuna, levis fortuna venito  
 Inferiora meo novi tua Numina ferro,  
 Falle tuum, liceat per me, Dea mobilis orbem.  
 Si totus moriar, prolem si triste Pareatis  
 Fata inimica trahant nostrum post funus, adopto  
 Tres mihi digrediens furias: hic plorat, & ore  
 Implacido stat lugendi stat cruda voluptas,  
 Tertia vix cecidit truculentio lacryma vultu  
 Nativam & pressit pietatem: terror abactis  
 Terror inest lacrymis, mox sævum ridet, & æthram  
 Crudelem vocat, etque errantia sidera culpat.  
 Interea hortatrix pugnæ tuba vulnerat aures,  
 Quis me inquit me Christicolas quis mittit in hostes;  
 Ah, me dira quies torquet, negat invidus æther

Jpsa

Ipsa suas animosa faces jactabit Enyo,  
 Vincat ut ignavam Draguto provida noctem :  
 Ter ferit obliquo lethalia vulnera visu ,  
 Ter Dragutus humo surgens inimica minaci  
 Astra supercilio terret, nunc proicit ensam  
 Fatiserum, nunc sanguineam ferus increpat hastam ;  
 Cur non dilaceret Meliten furibunda, sed arma  
 Arma jubet non sanandum deponere vñnas.  
 Quæ clamat, quæ dura vident me sidera, vitæ  
 Ferrea cur filum metuit diffringere Clotho?  
 Ah cedat nostro tandem de corpore vita hæc  
 Hic animus, pugnam at Melitensibus inferat umbris ;  
 Me formidandum Radhamantus sentiat hostem ,  
 Ditis ero, si bella parat properare Tonanti ;  
 Dux adero indomitum stygiis suadere furorem  
 Manibus, efficiamque umbrarum examina Martis  
 Armisoni ut duros possint tollerare labores :  
 Mars ero ubique tuus, Plutonis prælia, miles ,  
 Fatali atque Erebi furias hoc ense preibo ;  
 Ne soboles desit bello mihi, nubat Alecto  
 Sed furor, o Hymenæe,furor,Hymenæe, memento  
 Ut nostras Melite furias horrescere possit.  
 Sit conjux lacrymabilium factunda malorum .  
 Pluto aras spoliare velis,cupiasque Latinis  
 Armatum Templis Phlegetonta infundere totum ;  
 Ponam castra ferox invisi ad Tibridis undam ,  
 Romaque Dragutum post ultima fata tremiscat,

Hh

Si

Si victæ faveat Romæ cælum quoque, magno  
 E cælo placet hoste mihi placet hoste triumphus.  
 Quæ speciosa meam lactant deliria mentem!  
 Ah morior morior; sœvi proh Numinis error  
 Sic placet o superi in mediis tumulare trop hæsis  
 Ingentem hanc animam: proh diri crimen olympi!  
 Linquite me; stygias feror expectatus ad umbras,  
 Vos mea cura Getae, virtus mea posthuma Thraces  
 Obruite in templo Numen, templo addite flamas,  
 His radient solis Melitenses ignibus aræ;  
 Primus at incipiat nostris ex ossibus ignis;  
 Quæque meum crepitans incendet flamma cadaver  
 Clastes illa cremet Melitenses, arva perurat,  
 Cum stabulis armenta voret, rapiatque Megæra  
 Ex illa furiosa faces, quibus astra Polumque  
 Horrendum obscureret, totum quibus incitet orbem:  
 Post ubi ad excidium trepidas stimulaverit urbes,  
 His quoque me facibus socias comitetur ad umbras:  
 Hoc tetro nostrum nitcat de lumine funus;  
 Ast ubi mors menti tenebrosis involat alis,  
 Draguti & vincit vehemens ubi corpora torpor,  
 Ore cupit violare diem, sese incitat, hastam  
 Contortam dente impresso bis terque cruentat,  
 Testatus rabidum concusso crine dolorem:  
 Hæc inflammatâ dixit mox nubilus irâ  
 Ah dolor ossa ferit! mihi pandite viscera ferro,

In-

Intima, fata, precor, mea tandem impellite fata,  
 Cur hæret mea vita diu! indulgete mori me,  
 Ferte mihi ausoniis fumet qui cædibus ensem;  
 His moriar socii Thraces contentus ab armis.  
 Olli hæc dicenti solvuntur frigore membra,  
 Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.  
 Vivit in extirpato sed dira protervia vultu,  
 Sævitiamque odiumque nigro pallore fatetur,  
 Examis Dragutus adhuc fera bella minatur,  
 Ferrea lux oculis, furor, iraque, terror in atrâ  
 Nube supercilii resident: post funeris umbram  
 Dragutus quoque: jam melitenses plaudite fato;  
 Barbarus occubuit cæli Dragutus ab ictu,  
 Omnis & abjectis Thrax & Scytha mæret in hastis,  
 Dum Melitæ Lybicis late dominatur in undis  
 Armipotens, usque odrisiis infesta carinis  
 Mirabelle, tuo Imperio metuenda per orbem.

H

In

In Clementem XIII. Pont:  
Opt: Max:

## S O T E R I A

Ad D. Goolt Poetam Insignem

**Q**uis dubitet Numen rerumque hominumque potiri?  
 Quos vult & servat, quos vult & perdit, amantes  
 Justitiâ moderante manus; utcumque supremis  
 Numinis arbitriis summi, mors cesserit atra,  
 Qui signa & late palantia sidera, & orbes  
 Multiplices, cæli, superumque micantia tecta  
 Et Phæbi currus, rubicundæ & cornua Lunæ  
 Temperat omnipotente manu: jam pene rapaci  
 Morte tenebatur Clemens, jam deploratus  
 Heu vultus sine sanguine erat, jani lumina mæstis  
 Stabant fixa genis, non brachia reddere motus,  
 Non flecti poterat cervix, non crura, pedesque  
 Impelli, nec jam facies viventis in illo  
 Sed morientis erat; Magnorum at munere Divum  
 Evasit vires lethi, vitalibus auris  
 Redditus, & certæ donatus munere vitæ  
 Vivit Jo, & quisnam mage cui sit debita vita,  
 Quam qui animam posuisse, suamq; effundere vitam  
 Optavit toties pro ovibus, si & fortè repostâ

Pa-

Pascentem valle invenit, subito extulit illam,  
 Sublatamque humeris ad Sanctum duxit ovile,  
 Quem Deus invitum, lacrymantem, & sacra timentem  
 Vota sequi jussit caput immortale thyaræ.  
 Subdere tergeminæ, folioque insidere Petri.  
 Certe accepta Deo, Divum Domus aurea Roma es,  
 Te postquam erubuit summo spoliare Parente,  
 Diva illa humanas ducit quæ pollice sortes:  
 Prodigia quin multos spondet ducenda per annos  
 Stamina de lanâ spondet meliore nec actæ  
 Per volucres luces ætatis summa sequenti  
 Accedet, CLEMENS, quæ CLEMENS nemp̄ revixit  
 Natalis lux est, ætas numeretur & inde.  
 At tu cui bibitur felicius Aonius fons  
 O Golti Arcadici & nemoris qui sceptra potiris,  
 Non imitabilibus socia nunc carmina nervis.  
 Vosque o quos sperare juvat lauri usque virentis  
 Præmia, communi Patre jam gaudete recepto,  
 Ducite sacratis jam ducite munera Templis  
 Carminibusque diem celebrate; salutifer olli  
 Qui fuit, hic vitâ vobis sit charioe ipsâ.

SER.

## SERMO XCVI.

Omnibus Maximè Poetis  
 Sylvas, ac rura Urbibus esse præferenda,  
 Ad D.Abb: Alarium Priorem Gournaii  
 Ex Academiâ Gallicâ  
 Virum spectatissimum.

**I**Te procul longo insomnes examine curæ,  
 Et lites, usquam est & quidquid, in Urbibus, Urbis;  
 Jte laborati Fastus, immania tecta,  
 Atria marmoreis centum & suffulta columnis:  
 Vota placent Venusina mihi; qui mœnibus altis  
 Qui septem ponit geminis & montibus ante  
 Exigui septa Argæo fundata colono  
 Tiburis, atque suæ sedem cupit esse senectæ.  
 Cur lapidum ingentes cumulos, sublime Lacunar,  
 Conserta & fuso struimus fastigia plumbo?  
 Scilicet est aliquid preciosi insania luxus,  
 Posse atque excelsæ Turris timuisse ruinam?  
 Rupibus excisis stipantes æthera, nobis  
 Stulti ipsi eripimus radiantia lumina solis.  
 Atqui liberius multoque beatius olim  
 His sine vixit homo nugis; innoxia ruri  
 Gaudia cor replent, degunt & gaudia ruri.

Hic puro de fonte micat geniale serenum,  
 Cinthius ore albo ridet; laquearia pressis  
 Non jubar angustant trabibus; neque culmina lumen  
 Imperiosa arcent, scirent si agnoscere munus  
 Mortales, bona naturæ atque expendere vera:  
 Omnibus alma Parens medio dedit omnia campo;  
 Nec propugnaclis texit meliora, vel antris;  
 Qui nil quærerit, habet, fruitur sine fœnore dives,  
 Tanta arca est ejus, Tellus hæc quanta patescit;  
 Parte aliâ clivis, aliâ declivibus umbris  
 Lœta oculos acuit: nemorum lascivia regnat  
 Discolor in foliis, simul hœc incinxit amictu  
 Majus, non sacrum violat caput amnis imago  
 Ærea, sive Atlas fictus, seu claviger Heros.  
 Intemperata fluit scatebris aqua, mobile vitrum  
 Garritu arva secat stringens; modulamina, quæstus  
 Matutini avium accedunt, meditataque bella,  
 Atque in fagineis lasciva comædia scenis.  
 Quid nisi funerum, ac vano splendore coactum  
 Exhibit aeris moles subnixa columnis?  
 Frusta peregrini montis coguntur in arcum,  
 Coguntur simulacra tholo consistere summo,  
 Coguntur latices verso migrare meatu,  
 Illimes putridos rivi subiisse canales.  
 Cogitur in caveâ licet indignata volucris  
 Servitium heu! crudele pati, quæ libera nata est;

Cre-

**C**redis adulantem, Custos; quia verna sonorum  
 Reddit ab ore melos: erras: gemit illa catastam  
 Immeritam, atque suum Domiuum orco devovet atro;  
**C**armina quæ dicit mera sunt convicia, fixum  
 Te potius cupiat rostro, quo claustra satigat.  
**I**n Pago yitiis minimum indulgetur, & arti;  
 Simia naturæ procul est; movet aliger oscen  
 Sponte fides in fronde sedens; induta colores  
 Sponte subit Chloris varios, per prataque ludit  
**M**essorum ante manus; properant ad pocula lymphæ  
 Sponte suâ; cedrini quo tigni, chiaque saxa?  
 Ingens ut Xersis pandatur Regia; rami  
 Pastori facient sex ampla Palatia; totum  
**C**um Pastore gregem captura; ideo haud minus istis  
 Protegitur, lecto recubans quam Medus eburno;  
 Exprobrat aurato testudineoque cubili  
 Sominus, frigidulâ recubans in cæspitis herbâ  
 Quippe sui largum nec sœvâ exterreat umbrâ,  
 Axibus igniferis rumpant nec stridula plaustra;  
 Ut taceam, quæ non edat spectacula noctu  
**A**strorum Populus scintillans ille volantum;  
 Nil simile ostentant intra pomoeria muri,  
 Utcumque excelsa contingent vertice nubes:  
 Urbs magnum, quæ magna, malum; sua gaudia perdit,  
 Nunquam vel raro potis est aliena fruisci;  
 Præterea Procerum pompa comitantur inanem

Stul-

Stulti usus, tincti mores atque ulcere eodem;  
 Picta domus, picti vultus, sed & intima mens est,  
 Picta animi & facies millenâ fraude doloque;  
 Vestimenta ferens Tyrio fucata veneno  
 Nil nisi verba dabit vano fucata colore  
 Candida simplicitas, non Te Turrita Cybelle,  
 Sed Dryades ornat, faciles decet atque Napæas.  
 Quando breves casulas veteres subiere Sabinæ  
 Callosæque manus, malas & sole perustæ,  
 Sed castæ, qualis stellata in cyclade jam nunc  
 Tam rara existit, quam per pluit arva Canopi.  
 Dispice quid plateæ faciant, ubi Pyramis extat,  
 Templa Thasus format, Circos saxosa Carystus;  
 Vix æther radium infudit, vix mane fenestræ,  
 Scylla fori latrat Patribus dans jura vocatis;  
 Fluctuat ambiguo jaætata pecunia vento,  
 Vorticis & sorbet sitientes æstus habendi.  
 Invidiæ lucroque vacat Mercator avarus,  
 Divitias toto congestas verrit & orbe.  
 Hoc tamen infelix partis quod nesciat uti,  
 Non sinat aut angor tristis, mentisque flagellum.  
 Pone epulas, disperge crocum, diffunde falerna  
 Jejunus pavidusque metu sedet ille profundo.  
 Rustica paupertas solo contenta ligone  
 Sola famis gustum sentit; cibus, allia, cepæ,  
 Mixtum olus & fabis, & fumans pulibus olla,

Ii

Et

Et si quæ decerpta recens vel mollia fraga,  
 Et Grandis corna Autumni dura afferet uxor;  
 Fusca quoquæ approparet componere Filia menthas,  
 Et crispos caules poscâ macerare recenti.  
 Fert Gnatus capræ lac simæ, simus & ipse;  
 Faginei tunc ansa scyphi, quæ fertur in orbem,  
 Guttura dulcidulo sitientum proluit imbre;  
 Nemo cado metuit; nitidam prope rivulus undam  
 Invehit, atque sono submurmurat illa jocoſo.  
 Interea cantu volitans permulcet alauda,  
 Atque iactam scribit variatis orbibus auram,  
 Aera per vacuum aut gyris quandoque peractis,  
 Lassa pedes ipsum cadit in prandentis aratrum.  
 His reor illecebris villas sectatur amœnas  
 Halarius fessus strepitu aulæ, Urbisque tumultu;  
 Fortunate senex: quamvis abeuntibus annis  
 Bis tuus es, retinesque usum sic lucis honestum,  
 Alter in exculto felix Hortensius horto.  
 Dumque inter graderis flores devexior ætas  
 Germine cum multo juvenescit; primula prati ad  
 Munera, pallentes violas, suspiria rubræ ad  
 Prima rosæ, quoque te perfundi dulcè tempore  
 Sentis; nec si tempestas, cælique ruina  
 Ingruat atra, tuis Boreæ trucis ira viretis  
 Idcirco noceat, Tibi sunt Heliconia Tempe,  
 Est sacrum nemus Aonis in, Tiburque Latinum,

Mu-

Musarum est tibi sylva capax; ex Jlice pendent  
 Pecten ubi, & cytharæ; canis inhiansque capillis  
 Crescit ubi Laurus; passu modulante caballus  
 Persultat medium; quarti pedis atque incussu  
 Fontem aperit; bibis hinc; te toro & gurgite inundas.  
 Inde lyram pulsas; Cycnis morientibus intus  
 Haud secus, unde fluunt concentus consoni olorum  
 Fatis; hos positis audit Tritonia cristis,  
 Et sua plectra tuis admovit Phœbus Apollo.  
 Forsitan & Satyri stantes ad limina furtim  
 Labra premunt digito; quoties & pollice chordæ  
 Arguto resonant, aures spectabis acutas  
 Surrigere, & saltus mox exercere petulcos.  
 Fortunate senex; tanti est secedere posse,  
 Eximi & a vulgo; rura hocce viretaque præstant,  
 Et loca sola procul strepitu & popularibus auris  
 Efficiunt, nemora arcana, antrorumque latebræ.  
 Nullus in Urbe Poeta viget, vel si ullus in Urbe  
 Rus animo saltem ille petat, tacitosque recessus;  
 Inter aves, inter fagos habitabit & alnos;  
 Orpheus hic domuit fluvios, animantia traxit  
 Sic Abdolomyno longè felicius ipso  
 Noster Flacce, ævum felix trahis usque canorus:  
 Per mare, per terras diversa metalla petantur,  
 Tu argenti, atque auri rivos in pectore condis.

## SERMO XCVII.

Naturæ Querela adversus  
ingratos Mortales.

**S**Ub patulæ nuper recubabam tegmine quercus  
 Bilanii quà sylva viret, Faunusque theatrum  
 Pulchrum aperit, ripas sinuosus & Jstula plangit.  
 Heic umbras nemoris sacri, & secreta tuentem  
 Visa mihi, humanâ sed longe major, imago  
 Celsa caput, crinem alba, senilem vomere vultum  
 Ævi inarata, cavas rugas subigente, mamillas  
 Nuda ambas, his me dictis adgressa DURINE  
 Scribe, DURINE, inquit memorique insculpe querelam  
 Huic celsæ fago; resonantum qualis aquarum  
 Vox erat; o hominum Gens inconsulta, negata  
 Qui cupitis; optat collum Gruis iste, saginam ut  
 Latius extendat; pennas Puer ille, natatum  
 Ast alter pennis præfert; tria sæcula passæ  
 Cornicis petit aunos alter. dicat Achivus  
 Sive Rheam, seu me Junonis nomine donet,  
 Seu facilis Gravidis Lucinæ, sive Cybelles,  
 Displacet heu quidquid statui, male nota profanum  
 Munera fastidit vulgus: si vescier ut Grus  
 Percupis; & telo figi patiare necesse est;

Si

Si cupidus cervini ævi, fieri venantum  
 Præda canum atque sitim atque hiemes, & cornua ferre  
 Disce; simul que conjunxi male disjunguntur.  
 Cunctis esse licet lætis, licet esse beatis  
 Me dante, accepto si quis bene noverit uti,  
 Quod genus insulsum fingis Tibi quamque Parentem?  
 Nimirum lapidum post tergum falsa propago  
 Jacta, & prœgnantis iactat Te fabula sylvæ;  
 Sparsa super campos flammis caluisse Getulos  
 Fæcundis saxa, & quassâ nemus ilice foetus  
 Dissimiles generasse: rates post credite mersas  
 Imbui ego vivas rupes, ego Pyrrha, ego Quercus  
 Ex vero cuius cecidisti cortice ventris  
 Omnes; confixus mentitur Valle Prometheus  
 Furta, meus fuit ille ignis; mihi rapta stetisti ex  
 Æthere progenies quanti! cæli additus ardor,  
 Et superum, vestri ne pars foret imque polita,  
 Ipsa putrem limum limâ meliore polivi;  
 Quippe comæ radiat suggestus; fronte coruscat  
 Sublimis facies; facili motu astra tuetur  
 Erectum os; nescit Momus sua vota; videri  
 E vitreis costis pectus quisquis cupiebat,  
 Ille equidem in præsens nolit sua septa patere.  
 Lingua una o homines vobis datur; unde bilingues  
 Stridetis? puros scelerum genui inque nocentes;

Jam

Jam quotus est primæ, par nunc similisque farinæ?  
 Nemo non odit, timet, ardet, fævit, ab imis  
 Quanta calet venis rabies vindictaque: amore  
 Quid pejus? aut quid cædes truculentius irâ  
 Humanas cumulante? modus jam nullus habendi  
 Insuper est; paryas post cunas maxima Regna  
 Vix capiunt Pusam, & Puerum, neque sufficit orbis  
 Unus; ego nimio concoctos sole vapores  
 Noram luminibus dum splendent nempe nocere;  
 Texi auri nigris radios hinc cauta cavernis.  
 Fossores avidi scrutantur tecta metalla,  
 Viscera terræ ineunt, penetrantque Suburbia Ditis.  
 In me quid peccet taceo Venus atque Lyæi  
 Thyas atrox, noctes aliâ obruo nocte pudendas.  
 Ut servet vocem, cautillet mollè, virili  
 Tunditur e sexu Puer eheu! victima cultri;  
 Ut sese comit Virgo? est, dum pectitur, annus.  
 Vix ullam satiat Matronam nostra venustas,  
 Pulchra datam fuko corruptit; soða negatam  
 Attrahit at fuko: vultum quota, fare, Puella  
 Non emit? & quota me, dote est contenta meâque?  
 Virgo omnis, Matrona omnis è pyxide prodit.  
 Lassatam memorare piget me plura, probrosis  
 Opprimor heu monstris. Quid enim ambitiosa nepotum  
 Luxuria intactum vitio finit, aut quid inausum?  
 Cerno Panchæis fragrare triclinia nimbis,

Con-

Convivas nardo madidos; rosa sordet amœno  
 In Majo, placet illa nivoso nata Decembri,  
 Sedandæque siti glacies astricta paratur,  
 Styria dependet naso rubicunda Lyæi,  
 Autumno plenus rapitur bibiturque smaragdus;  
 Atria marmoreis attollunt celsa columnis  
 Pumilii, fumat vitreo lacus inque cubili,  
 Atque Semiramiæ scandunt fastigia sylvæ.  
 Quo curvum ruis usque pecus? quo parvula terræ  
 Portio? sic testæ fragilis tibi vilis origo  
 Excidit? heu! vetitis hærens, malesana quo usque  
 Me proles sic contemnes: temeraria ab ortu  
 Ecquid ad occasum festinas, matre relictâ?  
 Justitiam æquævam testor, Nemesisque sequentem  
 A tergo crimen. Proles vesana dolebis.  
 Hæc ubi, concussâ sylvâ, Dea verba locuta est,  
 In se se tristis punitus mærensque recessit,  
 Mi caput at subito rigidus circumstetit horror.

**SER.**

## SERMO XCVIII.

Natura paucis contenta,  
Ad Sigismundum.

**V**Ota brevi loro flectas Sigmunde necesse est;  
Cum vota augescunt, auges mentisque dolores:  
Contenta est modico facilis natura, maritos  
Nubibus aeriis, eccur Sigmunde colosso  
Accumulas, Pariique vocas cudentia montis  
Marmora ad obsequium? quid terræ jugera hianti  
Pectore complexus nunquam tua vota coerces  
Ipse Tui Sigmunde potens? Tibi dolia centum  
Hungarico sudant vino, sitis attamen usque:  
Mensa gemit sub quæditorum mole ciborum,  
Dura fames tamen usque latrat; patet aula theatro  
Circumducta ampio; satis amplâ nec tamen æde  
Ipse habitas, servit Ganges Tibi splendidus urnâ  
Gemmiferâ, servitque auro Tibi turbidus Hermus,  
Inter opes sed enim miser es, Sigmunde, coactas  
Nam desunt semper Tibi plura, domoque refertâ  
Pectus inane manet; terram effodis, aera lassas,  
Piscaris Maria alta; tenes quæcumque; nec inde  
Vota tamen possessa replent. Miser es, miserum esse  
Nec reputas; natura requirit pauca; modestè

Si

Si vivas, opulentus eris; nihil implet avarum  
 Sit licet immensum; at modicum cui est semper abundat  
 Contentus medico; natura sitimque, famemque  
 Nempe fugit; sed prætereuntis an undæ,  
 Hungarico magis an sudent cava pocula liquore,  
 An rapum brumâ gaudens, an prœda Lucrino  
 Exquisita lacu mensam paret, ultima cura  
 Curarum est; nec luxuriosa tributa Venafri,  
 Phasidos atque vocat. Naturam consule; nunquam  
 Pauper eris, Sigmunde; tenet si at opinio vulgi,  
 Nunquam dives eris; tenui mensâ illa repletur;  
 Orbis at ista inter mercatus semper egena est.

## SERMO XCIX.

### Thomæ Mori Constantia

**H**ic ille est Thomas Morus, quo Terra Britanna  
 Nil tulit, Angliaco quo vidit ab æquore Titan  
 Nil melius, Regem Henricum cum incæsta Bolena,  
 Obscæni illicito thalami furiasset amore;  
 Contempisse audax inconcessos hymœneos,  
 Propositumque minis Henrici obvertere, flecti  
 Indocilis; Conjux non illum chara, Gener nec  
 Sollicitus, non ante Patrem lacrymosa, treiniscens  
 Filia dimovit, nec squallor carceris atris  
 Mitia suadentem, sed Moro haud digna, Maritam,

Kk

Ut

Ut fatuam pepulisse procul narratur atroci  
 Cum risu; mox qua Thamesis rotat impiger undas,  
 Ad loca supplicii velut ad Capitolia Consul  
 Per plateas ivit passu properante; Britanno  
 Illacrymante omni, stetit illacrymabilis unus,  
 Vultu despectante tuens instantia fata,  
 Atque hilaris torvum: sed enim certe Ille sciebat  
 Quid sibi Regalis rabies, tortorque parassent;  
 Non aliter tamen insignes, quam Sulla, secures  
 Ipse suam petiit, populo mirante, securim  
 Carnificis postquam dextram mercede paventem  
 Firmasset, ferienda dedit sua colla bipenni.

## SERMO C.

### Educatio plurimum valet ad virtutem:

**P**rincipium Natura boni est: tamen illa remittit,  
 Informatio si desit, documentaque. Plures  
 Prudenti vitae norma vicere rigorem  
 Durum naturae, vivendi quam tenuerunt  
 Exactam normam sine recti Lege magistrum;  
 Improbus & plures trahit a probitate magister  
 In comitem vitii; quam consuetudo proborum  
 Indolis indomitae callem patiatur inire:  
 Non nego naturam ad virtutem plurima posse,

In-

Indolis at si forte caret quis nobilitate  
 Naturæ vitio, normamque perhorret honesti,  
 Durities animi duci valet exque citari  
 Lege urgente ad iter virtutis; namque frequenti  
 Assuetudine mollitur, & ope admonitoris  
 Nulla malignantis tanta est audacia vitæ,  
 Quam non doctrinæ atterat ars, manus instituatque  
 Cote magisterii; patitur vel Caspia Tigris  
 Legem, Masylusque Leo, atque Erimanthydos ursa.  
 Non minus ingeniis flectendis improba cura  
 Assiduusque valet labor, informatio recta &  
 Jam nemus humanas densum transivit in Urbes,  
 In Pallatia rupes; & stat Regia celsa  
 Hic ubi arena fuit; ridet Flora æmula Pæsto,  
 Atque hortis Charitum felicibus; hic ubi se se  
 Terra infelici lolio dabat; alta superbum  
 Insertabat ubi rupes nitidis caput astris,  
 Ridens hortus alit Charites, Veneresque, Jocosque;  
 Saxa cavantur aquis, non vi, neque turbine nimbi,  
 Sed paciente morâ, guttisque cadentis aquai.  
 Ipse chalybs domitus Lypareæ incude remittit,  
 Et sequitur ductum mallei, imperiumque Fabrile.  
 Cui rigidum natura dedit sub pectore ferrum?  
 Vel cui duritiem scopuli petræque medullas?  
 Cui rigidam infudit, genus intractabile Tygrim  
 Cruda noverca, dedit vel viscera sæva Leonis?  
 Si tamen illa dedit ferrum, Tygridemque, Leonemque,  
 Aut scopulos; recte vivendi sedula norma

Kk 2

Cor-

Corriget ingenitam mentis, procul atque repellat  
Barbariem, recte Doctoris Legibus omnis  
Asperitas, omnis flectique ferocia discit.

**NEMO ADEO FERUS EST UT NON MITE-  
SCERE POSSIT,**  
Ut quondam cecinit Vates Sophus ille Venusî.

### SERMO CI.

Exempla & mores Parentum  
plurimum posse ad prolis  
educationem.

**N**on tenui amne fluunt in pectora, crede, Nepotum  
Cuncti Atavum mores; ad Nati, exempla Parentum  
Finguntur; sic primori radice propinquui  
Combibit herba soli vitium; radice bonumque  
Primori ingenium; si vis vixisse futura in  
Tempora progeniem, famæ calcareque callem,  
Ire que laudis iter; famam vegetare Nepoti  
Assidue cura prior, atque insistere pulchrum  
Laudis iter? Tibi si bonitas in fronte serenâ,  
Si charis in labris, gestus mansuetus, & idem  
Usque animi tenor est, dabis haud in prole Neronem  
Aut Galbam Patriæ; placidi clementia vultus,

Af-

K 2

Affatus mitis sobolem in fluet usque tenellam.  
 Te super hostiles strages si impulsa cadentum  
 Vis generosa cadaverum agat; si & strenuus ardor  
 Te decorum, ducat Te per bella, horrida bella,  
 Jam Patriæ Æacidem generabis; adorea Patris  
 Natum acuet; jacuisse tuæ monumentaque laudis  
 Muta nec aspiciet piger; incassumque decoras  
 Frustra alias artes suadebis, tempora inertis  
 Si des pigritia, aut mergas Patrimonia Baccho:  
 Nempe viâ insequier quâ, percupis ipse Nepotes,  
 Ante Pater cede hâc, leges, exempla, putabis,  
 Quod faciunt Patres ipsi, fierique requirunt.

FINIS







# ELEGIACA.

# ELEGIACA.

SANCTAM SECRETA MUNDI

## ЭКОНОМИКА

¶ *Postea infra dictis aliis non videtur caput  
viam regiam esse ratione in obelisco  
etiam si manus omnis et latens vides ad  
cavum sive ad eundem lingue haec nichil ipsius  
Quoniam in se rem  
Tunc hismodi sicut et nesciit obiectum nisi  
Tunc hismodi sicut et nesciit obiectum nisi  
Alius exterius aggerum omnia haec sunt et intercedit  
Hunc illam adiutorium invenimus  
Qia que cunctis hinc*

1aG

八



TRADUZIONE  
DELL' ABBATE ALLESSANDRO DE  
SANCTIS SEGREARIO DELL'  
AUTORE.



Fin qui locato nei celesti chiostri 1.  
Fù il Nodo di purpurei astri accappiato  
Là dove smalta l'aurca squama i Pesci, 2.  
Là dove all'April nuovo Ariete salta,  
E in se rientrando la gran Fascia obliqua, 3.  
E i dodici animali riaffacciando,  
I' lembi estremi, e l' anno all'anno aggropba. 4.  
Ora per cenno dei fatti supremi

Dal



IN NUPTIAS EXCELLENTISSIMI COMITIS  
ANDREÆ ZAMOYSKI  
ET LECTISSIMÆ MATRONÆ e PRINCIPIB:  
CZARTORISKIIS  
NODUS CÆLESTIS.



Purpureo Astrorum compactus lumine Nodus 1.  
Incoluit sedes hactenus æthereas;  
Qua sese multo squaminati sidere Pisces 2.  
Jungere amant, veris quâ Pater ipsa Aries,  
Quaque in se remeans obliquo Fascia tractu, 3.  
Fascia bissenâ dissimilis facie  
Alligat extremas sinuosis flexibus oras. 4.  
Nunc illum æternorum imperio superum  
(a2) , Avul.

Dal Ciel strappollo il candido Imeneo,  
 E in terra, o grande Eroe, per Te recollo,  
 Per Te, Zamoyksi, affin che di quel cinta  
     Delle sposé il bel fior la Czartoriski  
 A Te si giunga, e a'dolci anni concordi  
     Di Padre il nome in bella Prole aggiunga.  
 O al Ciel diletto! o gran destino amico,  
     Che a stringere, e infiammar due cuori eletti,  
 Degli alti giri il fuoco, e il Cinto manda,  
     Il Cinto degli astriferi zaffiri.  
 Ma da che tratti sì v'amano i Fati?  
     Ah! sò degli Avi vostri i chiari fatti;  
 Rammento, e onoro i Giani, e i Jagelloni,  
     Quai Palla coronò del doppio alloro,  
 Che tutto il peso del Polacco Impero  
     Sugli omeri Atlantei portar' sospeso  
 Leggi fondando in arme, & arme in Leggi.  
     Quest'è, che a voi s'inchina il Ciel spiegando  
 Ogni più bella grazia, e a favor vostro  
     In congiurati aspetti entra ogni stella.  
 O degli Eroi Zamoyksi integro figlio!  
     O erede integro de' gran Proavi tuoi!  
 Cui non fa grande il lume loro esterno,  
     Ma la virtù che addentro i raggi spande,  
 E infratta Fede, & inconcussò patto  
     Con Probità, donde il gran cuor procede

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

Che

Avva

(50)

Del

Avulsum nitidis properans Hymenæus ab astris  
     Detulit in terras, ut, Generose, tibi,  
 Zamosci, Tibi se tanto pulcherrima vinclo  
     Czartoriskiadum splendida laus Nuruum  
 Jungat, & in thalamo concordes transigat annos,  
     Felicem & pulchrâ Prole Patrem faciat.  
 O superis dilecta animæ! queis Numina, vestras  
     Perpetuo ut firmant scđere nempe faces,  
 Ignes sponte suos atque ultro cingula mittunt,  
     Cingula bissenis fulgida Jaspidibus.  
 At quia nam tanta hæc vobis famulantis olympi  
     Sedulitas? nosco splendida facta Patrum  
 Vestrorum, Jagellones, Janique recursant,  
     Per quos belligeræ juncta Minerva Deæ est;  
 In quorum Herculeos humeros tot pressa periclis  
     Sarmatici moles Imperii incubuit;  
 Qui leges armis firmarunt, legibus arma.  
     Nimirum, vestrum pronus in obsequium;  
 His reor auspiciis, studiis ferventibus æther,  
     Et conjuratis cursibus astra favent.  
 O Heroum tot Zamosci non degener hæres!  
     O stirpis generosæ inclyta Progenies!  
 Quem non Nobilium præclarum nomen Avorum,  
     Sed Magnum Probitas, Ingeniumque facit,  
 Incorrupta Fides, & inexorable pactum  
     Virtutis, Patriæ quem generosus amor

Im-

- Che i Fasci rese, e l'inclite bipenni,** 18.  
*Per non veder le Patrie leggi offese.*
- Ah! di splendore qual mirammo attoniti,** 19.  
*Allor farsi incremento al tuo valore!*
- Così baleno, e maggior fiamma elice** 20.  
*Il ventilar; sì ascondonfi al dì pieno*
- Gli Astri, & a notte il bel del chiaro olimpo** 21.  
*Splende, le cose allorché l'ombra inghiotte.*
- Pur ben la Dea Giunon, pur ben fornitti** 22.  
*Di Donna alfine, e Amor con Citera*
- Riser dal Polo! il solitario letto** 23.  
*Qual danno era al tuo Germe, e al Patrio suolo!*
- Come piangeasi il talamo deserto!** 24.  
*Quai preghi! e quanto ai Numi prometteasi,*
- Che fosse eterna degl'Eroi la stirpe,** 25.  
*Nè spenta andasse sotto l'ombra inferna!*
- Ei voti intese il Cielo, ecco dedotta** 26.  
*Per man d'Imene colle faci accese,*
- D'aurato treno, e d'ogni dote altera** 27.  
*Ecco ti vien sì gran Campiona in seno.*
- Come vezzosa d'Icaro la Figlia** 28.  
*Negli abbracci d'Ulisse andò amorosa,*
- Nè l'espugnaro i drudi, e gli anni venti;** 29.  
*D'illustre Pudicizia esempio raro.*
- Con sì gran petto, e tal virtù vien' Ella** 30.  
*Beato a farti. Oh quali di diletto*

Trar-

- Impulit Insignes potius liquisse secures,** 18.  
*Quam Patriæ leges, juraque polluere.*
- Ex illo visa attonitis tua tempore virtus** 19.  
*Sarmatiæ populis enituisse magis.*
- Flamma magis motu, flabrisque animata coruscat** 20.  
*Clarius, & plenâ quæ latuere die*
- Sidera nocte patent, dumq; umbra involvit olympum** 21.  
*Explicat, æthereum restituitque decus.*
- O! bene, quod Juno tædis te illustribus auctum** 22.  
*Esse jubet tandem; ridet & Idalius*
- Idaliâ cum matre Puer; de cælibe lecto** 23.  
*Damna sibi ingruerant & Domui, & Patriæ.*
- Heu quoties hæc orbum luxit, & Jlla cubile,** 24.  
*Et quæ vota Deo & munera pollicita est!*
- Ne genus Heroum post sæcula longa caducum** 25.  
*Nocte sub obscurâ conderet interitus.*
- Quod ne contingat, tectis educta superbis** 26.  
*Advolat in gremium Tanta Marita tuum,*
- Nobilitate, opibus, magis at virtutibus aucta,** 27.  
*Quam genus Uraniæ cum face prægreditur.*
- Qualis amore flagrans Pulcherrima Larissæos** 28.  
*Se tulit optatos Jcaris ad thalamos,*
- Bis denis annis non expugnanda, nec ullâ** 29.  
*Arte Procum: Exemplum grande Pudicitia.*
- Virtute hac animum pectusque exulta, beatum** 30.  
*Te factura petit; quas tibi delicias,*

Quof-

- Trarrà sorgenti, allorche il dolce amore* 31.  
*Gli oziosi occuperà quieti momenti,*  
*Vezzi e maniere destreggiando esperta* 32.  
*I cenni secondar dal tuo piacere.*  
*Giove vorrà Giove mutarsi in Cigno;* 33.  
*Ma invano: invan, se confessando pria*  
*La Deitate occulta a lei s'umilj;* 34.  
*Invan, se assunta poi la maestate*  
*Proceda quale al talamo stellato;* 35.  
*Ea Semele qual fù così fatale;*  
*Invano alfine, se ogni forme investa* 36.  
*Dissimulando l'essenze divine;*  
*Che non imporre il Nume, e le lusinghe* 37.  
*A quest'alma potran d'onesta torre,*  
*E l'arti astute abbaterà di Giove,* 38.  
*Di Giove trionferia la sua virtute.*  
*Gli erranti rai ma vè ch'Ella in Te fissa,* 39.  
*Ea ber comincia maggior foco omai*  
*Più bella fatta nel sembiante acceso.* 40.  
*Qual vaga Rosa sull'olente fratta*  
*Tacea modesta, e poi dall'alba tocca* 41.  
*L'imbalconata mostra a far s'appresta,*  
*Al sol si pande quindi, e di sua sferza* 42.  
*Attignendo i calor, prodiga spande*  
*Gli ostri vivaci, ride l'aere intorno,* 43.  
*Scherzano intorno i Zefiri procaci.*

Di

Giove

- Quosve jocos, dulces quoad exercebis amores,* 31.  
*Ingeret, & vacuae gaudia quanta Domo!*  
*Docta voluntatem & placidos componere mores* 32.  
*Magnanimi sapiens conjugis ad placitum.*  
*Juppiter ipse licet Cycnum mutetur in album,* 33.  
*Confessusque Deum supplicet huic Nurui,*  
*Nil nisi ludibrium referet, turpemque repulsam;* 34.  
*Non si, legitimos qualis init thalamos,*  
*Procedat, qualemque truci Cadmeia fato* 35.  
*Sensit ab insidiis, Juno maligna, tuis;*  
*Denique multivolus formas se vertat in omnes* 36.  
*Furta sua occultans Numine deposito,*  
*Non tamen invictum poterit perrumpere pectus,* 37.  
*Tantus in invicto pectore regnat honos;*  
*Jlla dolos, artesque vafras virtute retundet,* 38.  
*Arma triumphato de Jove opima feret.*  
*Aspicis, ut fixo te lustret lumine, Teque* 39.  
*Majores ignes hauriat adspiciens!*  
*Et super accenso niteat formosior ore,* 40.  
*Pulchra Rosa hortorum qualis in areolis*  
*Nocte latens, ut primum auroræ lumine tacta est* 41.  
*Purpureum gestit nuda aperire latus,*  
*Mox solis libans radios, dulcemque caloris* 42.  
*Excipiens ictum, prodiga divitias*  
*Pandit latè ostri, ridet circumfluus aer,* 43.  
*Et circum aerii luxuriant Zephiri.*

Tu

(b)

Di Jagellone e Tu sincera schiatta, 44.  
 Tu o gloria delle Sarmati Matrone,  
 Ch' a estate intera il più gran senno assocj, 45.  
 E amena grazia a Pallade severa,  
 Mira le brame dello sposo Eroe, 46.  
 Che a Te con felicissimo legame  
 Accopia il Fato, e appropria; e mira quanto 47.  
 T'affisi ei, nè si sazj; il cor fiammato  
 Mentre gli ardori dell' incendio interno 48.  
 Per gli occhi mette. Qual dei volatori  
 La Regnatrice infra le nubi al sole 49.  
 S'appressa, e la pupilla vincitrice  
 Ficca tra' rai; dei folgori la fonte 50.  
 Non l'atterrisce già, nè il caldo assai  
 Ch'entro i pennati fianchi incuoce, e fiede; 51.  
 Tanto ama contemplar li raggi aurati.  
 O avventurose, o nate dagli Eroi 52.  
 Alme concordi! le fiamme amorose  
 Sì senza danni in voi vivano eterne, 53.  
 Sì dolcezze v' accolmin senza affanni!  
 Da voi s' innanimi a voi simil Prole, 54.  
 Vi porti in volto; e tutto dei magnanimi  
 Avi trasfuso il gran valor nei figli, 55.  
 Di Patria vegga il gaudio, e onor rifuso,  
 Sporga ad Andrea gli bracciolini, e rida 56.  
 Dal sen materno un picciolo altro Andrea.

Così

Tu vero Jagellonum certissima Proles 44.  
 Inter Sarmatides gloria prima Nurus,  
 Cujus in augusta residet gravitate Juventus, 45.  
 Lenis & in rigida Pallade Cypris inest,  
 Nonne vides ut Te solam Zamoscius Heros, 46.  
 Quem Tibi felici Numina connubio  
 Adjungunt, propriumque dicant, obtutibus usque 47.  
 Te petat, expleri nec queat; ex oculis  
 Qu' m'icat ast ignis, majora incendia volvat 48.  
 Corde sub accenso! non secus ac volucrum  
 Regnator nubes tranans, bibit ebrius ignem 49.  
 Solarem, intendens vivam oculorum aciem  
 In Phœbi radios; non acrior avocat illum 50.  
 Splendor, non nimio flamma calore coquens  
 Remigium alarum, atque uatas circumundiue plumas: 51.  
 Haurire ignivomos tantus amor radios!  
 O fortunatæ, o claris Heroibus ortæ 52.  
 Concordes animæ; mutuus urat amor  
 Sic vos æternum, & dulces super ingerat ignes, 53.  
 Et sine amaritie gaudia longa thori.  
 Nascatur vobis similis, noscendaque ab ipso 54.  
 Conspectu soboles; totaque magnanimum  
 In caros virtus Proavum transfusa Nepotes 55.  
 Et Decus & Patriæ gaudia restituat:  
 Parvulus Andreas ad Patrem dulce renidens 56.  
 Exporget Matris brachiola è gremio:

(b2)

He-

Così risorga il seme degli Eroi, 57.  
 Così agli fatti, ai scritti autor si porga.  
 Ma il Dio m'alletta, e nel cantar m'ingolfo, 58.  
 Mentre la rapid' ora i corsi affretta.  
 Ergi la face, Imen, che tardi il gaudio? 59.  
 La bianca Luna già ti guarda, e tace;  
 Già tremoleggia, e ride ogni Astro in Cielo; 60.  
 Ergi la face, Imen, giuoca, e festeggia.  
 E poiche i detti eseguir dei del Fato,  
 Fà col Celeste Nodo un cor, due petti.

Quai pompe nuove? e qual Imene è questo?  
 Forse Giunon si rimarita a Giove?  
 VÀ in sen d'Andrea la nobil Czartoriski,  
 Perche il Ciel riprodur gli Eroi volea.

Mentre sì bella, e sì a Te fida Sposa  
 D'Imen, Zamoyski, accende la facella;  
 Dice Giunon; se in Ida eri al giudizio,  
 Non prendevi, Zamoyski, un più bel don.  
 E se tal' era l'Elena d'Atride,  
 Sarebbe ancor, sarebbe Troja altera.

H

(1)

Sì

Heroum semen mandant hinc Fata renasci, 57.  
 Grandia queis facere & scribere posse datum est.  
 Singula sed nos dum legimus, studioque canendi 58.  
 Provehimur, rapidis hora fugit pedibus;  
 Prome, Hymenæe, faces, quid gaudia nostra moraris? 59.  
 Promne faces, lumen candida Luna tibi  
 Tradit, & aurato rident tibi sidera noctū; 60.  
 Promne, Hymenæe, faces, sparge, Hymenæe, jocos.  
 Et quoniam Divum te jussa faceſſere par est, 61.  
 Cælestis Nodus Pectora Bina liget.

## I N E A S D E M

Qui Thalami! quæ tæda! novi quæ pompa Hymenæi!  
 An Juno est iterum conjugè ducta Jove?  
 Zamoscio Heroi modo Czartoriskia nubit.  
 Heroum hinc semen Dii retinere volunt.

## I N E A S D E M

Dum Tibi, Zamosci, tam præstans dicitur Uxor,  
 Inque Tuos defert vincula casta thorus;  
 Juno ait, Jdæo non si quoque vertice Judex,  
 Zamosci, assideas; talia dona feras;  
 Quin etiam si talem Helenam Menelaus haberet,  
 Staret adhuc, ubi jam Troja superba fuit.

I N

Sù grida Evviva, e poi, Zamoyksi, Evviva,  
 E poi tre volte, e tre triplica Evviva.  
 Già in sen Ti viene l'alma Czartoriski,  
 Che un bello spirto in belle membra tiene.  
 Lei sì amerebbe più, che Dafne, Apollo,  
 Lei sì, non Danae, Giove eleggerebbe.  
 Marte alla Diva, Ulisse a Penelôpe,  
 E lei Pirro ad Ermione preferiva;  
 Alcide, Ettore, ad Ebe, ad Andromâca,  
 Paris a Elena, a Delia il suo Pastore.  
 Quai nasceranno oh quai figli alla Patria,  
 Che nel volto, e nel cor Te porteranno!  
 Se il parto assuma la virtù col seme,  
 Pompilj naseeran? poiche sei Numa.  
 Se dal virile è ver che il viril nasce,  
 Se dal gentile è ver ch'escce il gentile;  
 D'indol sincera ti darà i Telêmachi  
 Questa, di cui la più gentil non era.  
 Sù grida Evviva, e poi, Zamoyksi, Evviva,  
 E poi tre volte e tre triplica Evviva.

II

CAN-

## IN EASDEM

Euge triumphe canas, Zamosci, itera Euge triumphe,  
 Et triplica ter io, terque iterum triplica.  
 Nam tuum ad amplexum jam Czartoriskia prodit,  
 Quæ pulchro claudit corpore pulchrum animum.  
 Hanc sibi, quam Daphnem, mallet formosus Apollo,  
 Hanc sibi, non Danaen, Jupiter eligeret.  
 Hac commutaret Venerem Gradivus, Ulysses  
 Penelopen, Pyrrhus magnificam Hermionem.  
 Alcides Heben, Helenam Paris, inclytus Hector  
 Andromacham, Phœben Lathmius Endymion.  
 O quales abs Te sperat Respublica Natos,  
 Qui Te tam vultu, quam meritis referent!  
 Si Patrum in Pueros abeunt cum semine mores,  
 Nascenturne Numæ? Tu quia Pompilius.  
 Si verum dicunt, Fortes a fortibus esse,  
 Et nasci ingenuos nonnisi ab ingenuis,  
 Sane Thelemachos fortis generabis ab istâ  
 Penelope, quâ non ulla mage ingenua.  
 Euge triumphe canas, Zamosci, itera Euge triumphe,  
 Et triplica ter io, terque iterum triplica.

Lym-

## CANZONE XXVII.

del Petrarca.

**C**hiare, fresche, e dolci acque,  
 Ove le belle membra  
 Pose colei, che sola a me par donna;  
 Gentil ramo, ove piacque  
 ( Con sospir mi rimembra )  
 A Lei di fare al bel fianco colonna;  
 Erba, e fior, che la gonna  
 Leggiadra ricoverse  
 Con l'angelico seno;  
 Aer sacro sereno;  
 Ov' Amor co' begli occhj il cor m'aperse;  
 Date udienza insieme  
 Alle dolenti mie parole estreme.  
**S**'egli è pur mio destino,  
 E'l cielo in ciò s'adopra,  
 Ch'Amor quest'occhi lagrimando chiuda;  
 Qualche grazia il meschino  
 Corpo fra voi ricopra;  
 E torni l'Alma al proprio albergo ignuda.  
 La morte sia men cruda,

Sc

## Ex Petrarcha.

**L**ymphe lucidulae, dulces Lymphæ, egelidæque,  
 In queis formosissima depositum  
 Membra, mihi Herois dici quæ sola videtur  
 Digna; Arbor tuque o inclyta floridulis  
 Ramis usque nitens, niveum olim cui latus habet,  
 Quot gemitus, quot suspiriaque ægra traham  
 Ipse haec dum mecum tacitus loquor, atque recordor!  
 Et vos quæ pressit grama Laura sedens,  
 Vos teneri & flores, licuit queis versicolore  
 Illius Ambrosios comere fronde sinus:  
 Tuque serene, sacerque aer mihi, vinxit amore  
 Splendor ubi illius mentem animi atque animam,  
 Dum queror audite, & vos extremâ alloquor horâ.  
 Si sic Fata jubent, Fata maligna mea;  
 Si sic atque placet Divis cælestibus ut mors  
 Impia, & hos madidos mi lacrymis oculos  
 Claudat amor, vos tunc jubeam permittite quæso,  
 Liquerit ut cum isthæc spiritus aridula  
 Offa, miser saltem tranquillo in morte quiescam  
 Limine; vobiscum namque lubens obeo;

(c)

Una

Se questa speme porto  
 A quel dubbioso passo:  
 Che lo spirto lasso  
 Non poria mai in più riposato porto,  
 Nè 'n più tranquilla fossa  
 Fuggir la carne travagliata e lassa.  
 Tempo verrà ancor forse,  
 Ch' all' usato soggiorno  
 Torni la fera bella e mansueta;  
 E là, 'ella mi scorse  
 Nel benedetto giorno,  
 Volga la vista desiosa e lieta,  
 Cercandomi: ed, o pietà!  
 Già terra infra le pietre  
 Vedendo, Amor l' inspiri  
 In guisa, che sospiri  
 Sì dolcemente, che merce m' impetri,  
 E faccia forza al Cielo,  
 Asciugandosi gli occhi col bel velo.  
 Da' be' rami scendea,  
 Dolce nella memoria,  
 Una pioggia di fior sovra l' suo grembo;  
 Ed ella si sedea  
 Umile in tanta gloria,  
 Coverta già dell' amorofo nembo:

(3)

Qual

Una hœc dum maneat modo me spes credula, nostrum ut  
 Excipiens vestri gratia blanda sinus  
 Frigidulum corpus condatis sede quieta.

Fortunata dies forsitan adveniet,  
 Ad suetum quā nempe locum tandem illa redibit,  
 Quæ dulcem curis miscet amaritiem.  
 Atque ubi me vidi felici tempore Virgo  
 Huc illuc cupidos evolūens oculos  
 Me met sæpe requiret. Quin terram (heu! pietas) me  
 Atque inter gelidos jam aspiciens lapides  
 Ardeat, & nostros etiam suspiret amores  
 Icta cupidineâ pectus amans faculâ;  
 Fletibus & tergens rorantia lumina velo  
 Candidulo, placidō molliat ore Deos,  
 Et lacrymis flectat pectus perfusa decoris,  
 Ut veniam vitai impetret ipsa mihi.  
 Suavibus à ramis (dulce est dum mente retracto)  
 Descendens imber floreus in gremium  
 Illius, locum Achæmenio replebat odore:  
 Tum Diva, ast humilis, cui viget usque pudor,  
 Nil elata animo; cor etsi tangeret ingens  
 Gloria, versicolore imbre adoperta, sedens

(c2)

Sta-

Qual fior cadea sul lembo,  
 Qual sulle trecce biende,  
 Ch'oro forbito e perle  
 Eran quel dì a vederle:  
 Qual si posava in terra e qual su l'onde:  
 Qual con un vago errore  
 Girando parea dir, qui regna Amore.  
 Quante volte diss'io  
 Allor pien di spavento,  
 Costei per fermo nacque in Paradiso!  
 Così carco d'obbligo  
 Il divin portamento,  
 E'l volto, e le parole, e'l dolce riso  
 M'aveano, e si diviso  
 Dall' immagine vera;  
 Ch'i dicea sospirando,  
 Qui come venn'io, o quando?  
 Credendo essere in Ciel, non là, dov'era.  
 Da indi in qua mi piace  
 Quest'erba sì, ch'altrove non ho pace.  
 Se tu avessi ornamenti, quant'hai voglia,  
 Potresti arditamente  
 Uscir del bosco, e gir infra la gente

CAN-

Stabat flos limbum hic super; aureolos super hic  
 Crines lapsus erat, gemmiserasque comas;  
 Sternebatur humi hic, hic nabat lenibus undis  
 Labans in morem turbinis, ille vagans  
 Acrio gyro, loquier spiramine visus  
 Ambrosio, hic suavis Regna Cupido tenet.

O dixi quoties ego tunc exterritus? hæcce  
 Æthere nata venit, me mihi surpuerant  
 Usque adeo vultus, risus, divinaque verba  
 Immemorem, ut dixi cum gemitu, hucce pedem  
 Quâve viâ, quandoque tuli; tum me æthere credens  
 Esse, ibi non, mirabundus ubi ego aderam:  
 Tempore jam ex illo sic hæc mihi gramina rident,  
 Nil melius nullo sit mihi ut hocce loco.

Si illâ luce mices, illis & vestibus ornes  
 Quo desiderio incenderis usque miser,  
 Audacter posses sociales visere cœtus,  
 His densis sylvarum egrediens latebris.

VER-

## CANZONE XXX.

Del Petrarca.

**D**Ipensier in pensier, di monte in monte  
 Mi guida Amor; ch'ogni segnato calle  
 Provo contrario alla tranquilla vita.  
 Se'n solitaria piaggia vivo, o fonte,  
 Se'n fra duo poggi siede ombrosa valle,  
 Ivi s'acqueta l'alma sbigottita;  
 E, come Amor la'nvita,  
 Or ride, or piagne, or teme, or s'afficura;  
 E'l volto, che lei segue, ov'ella il mena,  
 Si turba, e rasserenà,  
 Ed in esser picciol tempo dura:  
 Onde alla vista, uom di tal vita esperto  
 Dirla, questi arde, e di suo stato e' incerto.

Per alti monti, e per selve aspre trovo  
 Qualche riposo: ogni abitato loco  
 E' nemico mortal degli occhi miei,  
 A ciascun passo nasce un pensier novo  
 Delia mia Donna, che sovente in gioco  
 Giro'l tormento, ch'i porto per lei:  
 Ed appena vorrei  
 Cangiar questa mio viver dolce amaro:

Cb'

## VERSO

Elego Carmine.

**D**e curâ in curam, in montem de vertice montis  
 Huc agor atque illuc turbine præcipiti;  
 Sola meos solata ac commiserata dolores  
 Tesqua mihi præbent auxilium misero;  
 Mi faciunt ægro medicinam, sola querelas  
 Mulcent; Fons streperâ sicubi de scatebrâ  
 Profilit, aut vallem rupes facit, aut nemus umbram,  
 Jllic curarum ponere mens animi  
 Suadet onus, proque arbitrio nunc ridet amoris,  
 Flet modo, & in vultu signa gerit lacrymas  
 Oris quippe habitus menti omni tempore præsto est,  
 Juncta in fronte gerens gaudia amaritiae  
 Nec tamen ille statu longum prædurat eodem,  
 Nunc spe corda agilis, nuncque metu varius;  
 Ut qui me videat, certè hic manifestus amator,  
 Incertusque sui, dicere possit, hic est.  
 Hoc mihi ne eveniat fugio loca publica, & urbes  
 Ipsaque lux oculis est odiosa meis  
 Tantum inter celsos, secreta umbracula, montes  
 Quâ penetrare alios Relligio prohibet,  
 Assidue venio, spacia hic ad singula passim  
 Mi nova cura subit; nascitur unde aliud

Flc-

*Ch'i dico; forse ancor ti serva amore  
Ad un tempo migliore:  
Forse a te stesso vile, altrui se caro:  
Ed in questo trapasso sospirando,  
Or potrebb' effer vero, or come, or quando.*

*Ove porge ombra un pino alto, ad colle,  
Talor m'arresto: e pur nel primo sasso  
Disegno con la mente il suo bel viso.  
Poi ch'a me torno, trovo il petto molle  
Della pietate; ed allor dico, abi lasso,  
Dove se giunto; ed onde se diviso?  
Ma mentre tener fiso  
Posso al primo pensier la mente vaga,  
E mirar lei, ed obbliar me stesso;  
Sento amor sì da presso,  
Che del suo proprio error l'alma s'appaga:  
In tante parti e si bella la veggio,  
Che se berror durasse, altro non cheggio.*

*Fleibile cordolium, ex alio; quod mox tamen Jlla  
Irridet; vellem sed caruisse malo  
Vix ego dulci isto; quis scit, -melioribus annis  
Te forsitan servat, dico ego fidus amor;  
Fors etiam ut qui nunc tibi sic despectus haberis,  
Contra sis auro carus apud Dominam,  
Suspiransque altè penito de pectore, quando  
Id fieri poterit, quā ratione, rogo.  
Tum sic unde jacit vel mons, aut populus umbram,  
Ilicò me gressus sistere cogit amor;  
Et primo in saxo Dominæ informare figuram  
Præsentemque animi fingere luminibus,  
Unde ad me tandem depresso errore reversus,  
Omnia plena meis comperio lacrymis:  
Ah miser! infelix quantum mutatus ab illo  
Invidiosus eras qui modo olympicolis !  
Tempore quo facilis obversabatur imago,  
Mille tuum pascens deliciis animum,  
Quandiu enim facit ista mihi persuasio ludos,  
Et desertorem me juvat esse mei.  
Interea tanto perfundor nectare sensus,  
Errori faveam plausor ut ipse meo :  
Sic mihi præsentem se sistit ubique locorum  
Absentis vivæ par color & facies ,  
Ut si errore frui tali sine fine daretur  
Esset nulla mihi conditio potior.*

(d)

Sæ-

I l'hopiù volse (or chi fia che mel creda?)  
 Nel' acqua chiara e sopra l'erba verde  
 Veduta viva, e nel troncon d'un faggio;  
 E'n bianca nube sì fatta, che Leda  
 Avria ben detto, che sua figlia perde;  
 Come stella, che'l sol copre col raggio:  
 E quanto in più selvaggio  
 Loco mi trovo, e'n più deserto lido,  
 Tanto più bella il mio pensier l'adombra:  
 Poi, quando 'l vero sgombra  
 Quel dolce error, pur li medesmo affido  
 Me freddo, pietra morta in pietra viva;  
 In guisa d'uom, che pensi, e pianga, e scriva.

Ove d'altra montagna ombra non tocchi  
 Verso'l maggiore, e 'l più spedito giogo  
 Tirar mi suol un desiderio intenso:  
 Indi i miei danni a misurar con gli occhi  
 Comincio, e intanto lagrimando sfogo  
 Di dolorosa nebbia il cor condenso,  
 Allor ch'i miro, e penso,  
 Quanta aria dal bel viso mi diparte,  
 Che sempre m'è sì presso, e sì lontano:  
 Poscia fra me pian piano;  
 Che fai tu lasso? forse in quella parte

Or

Sæpe ego te vidi, & quis hoc mihi credere possit?  
 Expressam Fontis luciduli in speculo;  
 Seu viridi affectum depono in granine corpus,  
 Hic mihi præsto etiam est, Laura, tua effigies;  
 Sæpe tuos recolens abiego in cortice vultus,  
 Ne nova Diis nemorum præda fores metui:  
 Ah quoti s cælum speculanti in nube serenâ  
 Visa mihi Æbalia candidior faculâ!  
 Quoque magis turbam ac vulgi contagia vitans  
 Solivagus vastas ingredior siluas,  
 Clarius hoc propiorque mihi sub lumina mentis  
 Usque means, oris umbra tui obiicitur,  
 Donec discursis rediens erroribus ad me  
 In saxum sido, saxeus ipse magis;  
 Sentit viva silex mea mortua pondera, tophi  
 Corpore dum extento terga premo viridis,  
 Et tamen in speciem scribentis & excruciantis  
 Meme ipsum, tacitis luminibus sedeo.  
 Mox subito exsiliens gressu feror incitus alta  
 Ad saxa afflans editorem aditum,  
 Quâque mihi fundi umbra videtur largior, illuc  
 Me desiderio pes rapit; unde aciem  
 Intendens, prospetum in partes aucupor omnes,  
 Metir que intervalla oculo occipiens  
 Carnifex luctor lacrymis extinguere flamas,  
 Atque hoc nimbo animi nubila discutere,

(d 2 )

Np-

*Or di tua lontananza si sospira.*

*Ed in questo pensier l'alma respira.*

*Canzone, oltra quell' alpe*

*Là, dove 'l ciel è più sereno, elieto,*

*Mi rivedrai sovr' un ruscel corrente,*

*Ove l'aura si sente*

*D' un fresco, ed odorifero Laureto:*

*Ivi è 'l mio cor, e quella, che 'l m' invola:*

*Qui veder puoi l'immagine mia sola.*

## SONETO

del Petrarca.

**S**'Amor non è; che dunque è quel ch' i sento?

Ma s'egli è amor; per Dio, che cosa e quale?

Se buona; ond' è l'effetto aspro mortale?

Se ria; ond' è sì dolce ogni tormento?

**S**'a mia voglia ardo; ond' è 'l pianto, e 'l lamento?

S'a mal mio grado; il lamentar che vale?

O viva morte, o diletto male,

Come puoi tanto in me, s'io nol consento?

E

Nubila, quæ mihi lucem adimunt, cum sæpe recordor

Absentis Dominæ flebile dissidium,

Et quantum inter nos spatii hinc intersit & illum

Tam prope quæ est, & quæ tam procul usque mihi;

Nec longum cum iterum memet consolor & in spem

Me referens, quis scit, dico, an & Jlla tui

Nunc etiam absensis memores suspireret amores.

Inque hoc respirat credula mens animi;

Jamque vale trans montem isthic me Elegeia videbis,

Qua Lauræ aura facit æthera candidius,

Currentis prope fontis aquas, quâ parte susurrans

Lauretum, nimbos spargit odorifluos;

Jllic mentem animumque meo cum corde, meique

Heu spoliaticem pectoris invenies

Hic etenim quod nostri aliiquid Te cernere speres,

Posse; minus nihil cst, solaque mi effigies.

**S**i non est id Amor, quid erit quod pectore fervet?

Sin amor est, qualis, dic mihi, res sit amor?

Si bona res Amor est, unde hæc tot lerna malorum?

Sin mala, cur dulci nectare pæna magis?

Uror ego si sponte; unde hic fluxus lacrumarum?

Si non sponte uror, diffluo cur lacrymis?

Omors viva, mihi tormentum o dulce; quid in me

Tantum juris habes, hoc nisi sponte velim?

Sin

*E sìo 'l consento; o gran torto mi doglio.*

*Frà si contrari venti in frale barca*

*Mi trovo in alto mar senza governo,*

*Sì lieue di saver, d'error si carca*

*C'b i medesmo non so' quel, ch' io mi voglio;*

*E tremo a mezza state, ardendo il verno.*

*Ite caldi sospiri al freddo core:*

*Rompete il Ghiaccio che pietà contendে;*

*E, se prego mortale al ciel s'intende;*

*Morte o merce sia fine al mio dolore.*

### SONETTO

*Se una fede amorosa, un cor non finto,*

*Un languir dolce, un desiar cortese;*

*S'oneste voglie in gentil foco accese;*

*Se un lungo error in cieco laberinto;*

*Se nella fronte ogni pensier dipinto,*

*Od in voci interrotte appena intese,*

*Or da paura, or da vergogna offese,*

*S' un pallor di viola, e d'amor tintos;*

*Se aver altri più caro, che se stesso;*

*Se lagrimar, e sospirar mai sempre*

*Pascendosi di duol, d'ira, e d'affanno;*

*S' arder da lunge, ed agghiacciar da presso;*

*Son le cagion, ch' amando i mi distempre,*

*Vostro, Donna, 'l peccato, e mio sia 'l danno.*

O.

*Sin ego sponte velim, cur juste conquerar haud' est*

*Sic rotat oppositis me ratis ægra notis*

*Ante pedes avidum mare: sed moderamina clavi*

*Delerit ars, error pro Duce vela regit;*

*Ipse quid in votis mihi, nescio, debeat esse*

*Frigore sol medio me premit, igne gelu:*

*Fervida vos gelidum suspiria pectus inite,*

*Frangite saxofum, tela inimica, gelu;*

*Inque Polo humanis precibus si quis locus extat,*

*Mors cita, vel merces sit mihi summa mali.*

*Si inculpata Fides, cor haud Pelasgum,*

*Si crux melle prior, decens, cupido,*

*Si flagrans celebri foco voluntas,*

*Si longus labyrinthicæ artis error,*

*Si frontis tabulâ notata cura,*

*Si singultibus intericta mi vox,*

*Si terror gelidus pudor rubescens,*

*Si pallor violis amore tinctus,*

*Si quid se prius intimis habere,*

*Si mergi lacrumis Symonidæis,*

*Si suspiria corde ferre ab imo,*

*Si luctu, furiis Erynne pasci,*

*Si Hagrare procul, procul, obrigere,*

*Sunt causæ ut peream dolis amoris,*

*Culpa, Lisa, tua est, meumque damnum.*

N.<sup>a</sup>

Ovide e'est à tort que tu veux mettre Auguste  
 Au rang des Immortels  
 Ton exile nous apprend qu'il etoit trop injuste  
 Pour avoir des Autels.



Na-

Naso quid Augustum non justo carmine tentas  
 Inter cœlestes ponere stulte Deos?  
 Quos illi Divum sacros adscribis honores  
 Pæna tui Exsilii non meruisse docet.



(c)

TRI-

## TRIUMPHUS TEMPORIS

Ex Italicis Francisci Petrarchæ rhythmis  
expressus.

**A**Urea ab æde sequens auroram Sol ita pernix  
 Migrabat, Thetidos vix iniisse thoros  
 Dixisset, paulum evectus rutilantia late  
 Sustulit; in gyrum lumina convoluens  
 More Virūm; Hæc secum deinceps: nam quid rear?  
 Hinc me  
 Majori nisu incubuisse decet;  
 Nam si qui vitam summo ducebat honore  
 Terras afficiens atque homines ineritis  
 Implet fata quidem, & lucis dulcem exuit usum,  
 Non tamen exuitur laude, sed interitum  
 Post ipsum, clare vivendo sœcula vincit  
 Multa virūm; quæ vis denique legis erit?  
 Sub cælo quæ fixa homines monet, omne quod ortum est  
 Deberi morti; ex ortibus atque obitus  
 Pendere? at si fama hominum præclarior exit  
 De busto, breve quam extinguere debuerat  
 Ætatis spatium; certe obscurabitur umbris  
 Communis jam aliis laus mea tota, meum et  
 Vilesct decus; hinc merita succendor ab ira:  
 Quid cesso? aut quæ me jam graviora manent?  
 Quid

Quid plus cælicola obtineo, quam pulvere cretus

In terris homo? quem non super ire aveo,

Illi ḡtatuito sim saltem æqualis honore.

Sunt mihi quadrupedes, quos alit Oceanus

Nectare bis gemini; vehor his; calcaribus illos

Admotis hortor cursibus in mediis,

Non cursum tamen humanæ queo vincere laudis.

Me ne probris hisce attingier? hæcce pati

Men fastidia? quem medium ad flammantis olympi

Seduli agunt semper limina cælicolæ,

Atque vocant Dominum; sors hæc indigna veniret

Quamvis parte federem inferiore Poli,

Nunc age nunc tempus laxas effundere habenas,

Atque alas nostris applicet ira rotis;

Humanum omne odio, (& fateor) genus insequor acri,

Frons mea & incæpti signa furoris habet.

Illi adeo postquam æthereos tot sæcula cursus

Annorum explerunt, inclytum ab exequiis

Nomen habent ipsiſis, & famâ præpete vec̄ti

Murmure claro implent orbis utrumque latus,

Posthuma quæ longe vita est felicior illâ,

Traxerunt Parcæ stamine quam fragili,

Solus ego æternis dans terga laboribus, idem

Permaneo semper, sorte nec ullâ, aliis

Non auctus donis unquam; feror omnia talis

Qualis eram, undifono, quam prius inciperet

(e 2)

Mar-

Marmore humum fixam fatis Neptunus obire,  
 Seu sibi, quamquam orbem vendicet alma dies  
 Seu nox atra, Deum per sedes jugera olympi  
 Convexa, assiduis cursibus usque roter.  
 Hæc ubi dicta feros iterum feriente jugales  
 Instigat loro, non secus ac volucris  
 Præpetibus pennis in prædam ex æthere lapsam  
 Post se & longe Euros deserit, atque Notos;  
 Nec satis, haud calamus fingat non mentis acumen,  
 Quam pernix Phœbus per supera alta volet;  
 Ipse oculis dum mira sequens spectacula lustro  
 Contraxi horrorem corpore, corde metum  
 Tum demum ob celerem lapsum, ignarumque toneri  
 Decursum nullo vitam hominum in pretio  
 Ducendam adverti, cuius me tanta cupido  
 Olim incendebat, percitus atque odio  
 Contra illam, veteres mutavi prorsus amores;  
 Quippe videbatur futile velle animum  
 Ponere spe firma in rebus, quibus ingruit ævi  
 Ira, usu quas dum prendre aves subito  
 Evasere, manusque vago molimine hiantes  
 Eludunt celeri protinus effugio  
 Pernicique recessu, sic mala vipera tactu  
 Jlicet urgentum elabitur è digitis.  
 Ergo age si propriæ quem tangit cura salutis,  
 Versatur dum mens in statione suâ,

In-

Inque usu arbitrii, res & spes ponere curerat  
 Fixa in sede suas; Tempus enim accelerans  
 Pressa sui Ducis ut relegat vestigia cursu  
     Servarim, & calcem tangere calce propé  
 Musa tacet, quod posse pari id se dicere motu  
     Haud putet; hirsutis stiria acuta rubis  
 Pendebat, Rosa mox, penè ut concurreret uno  
     Momento acris hiems, æstifer atque calor  
 Talia quis fando non flectat corda stupore  
     Accipiens dubio? sed manifesta fides.  
 Mentis nunc oculis in rem ipsam mentis eamus,  
     Quos mihi olim obstruxit effera Luxuries:  
 Nunc ultro incuso me met, memetque flagella,  
     Et carnem meritis persequor hanc odiis  
 Spes procul o, vacuam mihi linquite pectoris aulam,  
     Olim quæ vobis fida fuit statio,  
 Parca meis oculis speculi nunc obiicit orbe  
     Effigiem veram, reddor & ipse mihi;  
 Apparent diræque auram formidinis afflant  
     Densâ acie heu nostræ crimina nequitiae,  
 Quare ævi spatium breve prolixosque dolores  
     Nunc ratione inita computo, meque paro  
 Vicinæ morti: ecce oriens quem viderat ore  
     Fulgentem roseo Cinthius, emeritos  
 Cinthius idem alto mersurus in æquore currus  
     Pallentem ore videt, squalidulumque scenem.

Vi-

Vita hominum spatio unius vix tempora lucis  
 Æquiparat, densis obsita quæ nebulis  
 Usque sui insuavem facit orbe morantibus usum,  
 Assiduusque hominum pectora morsus habet,  
 Et quamvis radium nonunquam expromat amicum  
 Mox revocat, tristes subiiciens tenebras.  
 Hâc ergo spes Terrigenum & vesana cupido  
 Nititur, hinc sumunt cornua & hinc animos,  
 Nec quam vita fugax, celerique simillima vento  
 Spectant, nec quam mors ocyor aggreditur.  
 Ævi usura mei, video, quam finibus arctis  
 Clausa sit, ast reliquum sors hominum hâud potior  
 Claraque de mundi excidio argumenta supremo  
 Ipsa planetarum dat fuga, solis iter.  
 Nunc ite & vanis viresque ac tempora nugis  
 O Juvenes cæci conterite, & serie  
 Longâ annos numerate; etenim nos parcus urunt  
 Atque minus feriunt tela sagace oculo  
 Ante adversa; noti at forsan sine pondere verba  
 Nostra ferunt; sed vos credite, quælo, mihi  
 Lætiferum crudo proflatis pectore somnum;  
 Non solidum vobis corpus at umbra placet  
 Ecce horæ, soles, natique e mensibus anni  
 Quis putet alarum remigium volucrum  
 Usurpant; nec longa mora hinc cum castra movenda  
 Omnibus, atque alia sede locanda Domus  
 Ne

Ne vestris ne tantum animis obducite callum

Optima dum medicas vult adhibere manus

Alethe; crines frontemque occasio pronam

Porrigit, errorum nubilaque, & maculas

Protinus excusisse atque emendare velitis,

Rimari & vitæ jam melioris iter,

Inque viam, in thalamos virtutis vertere gressum;

Non usque o hominum more fero fatuum

Non rem differte in spatia ultima, quando crepanti

Jam pede propulsat mors inopina fores

Ferali impulsam nervo truculenta sagittam

Intima per torquet pectora, datque neci :

Hactenus ut Phœbi furiasque fugamque notavi,

Atque hausī casus pectore dein varios

Tum parte ex aliā per amica silentia turbam

Vidi aliam, quam non temporis adficeret

Longinqui ira ferox, damnove metuve ruinæ

Jbat ovans, rapiens celsa per astra viam :

Scriptorum excubiis, vatumque minacibus armis

Freta erat, arma libri; tum styli acumen erant

His visus demum ante alios infestior esse

Astrorum Dominus, qui super astra caput

Ingenii sublati alis virtute levassent

Ingenitā, atque acti illustribus ingenii

Spiritibus stolidæ liquissent foedera plebis ;

Contra hos ignivomas cornipedum furias

In-

**I**nstaurat pastu meliore fugacius addens  
 Pennarum quoddam Remigiique genus ,  
**A** multis ut jam vellet facere illa Regressum  
 Fama nitens, Solis ceu tremefacta minis.  
**A**tque hic lugubri sonitu vox acta per auras  
 Excidit, illam hausit, & mente notavi animi:  
**H**æc rata lex: Per res hominum perque ausa, ligustri  
 Quæ florem referunt, turbine vel modico  
**L**apsurum,tandem & tenebris obnoxia Lethes  
 Nocti obnoxia Sol ingenium omne domans  
**A**xè cito luces,annos,& sæcula volvet,  
 In fumum illustres cernet & ire viros.  
**Q**uot celebres Peneus, quot quondam Oeagrius Hebrus,  
 Hic mærens Orpheum,Daphnidis ille memor,  
**Q**uot Xantus,septemque rigans vetus Albula montes  
 Videre Heroas promeruisse decus ,  
**Q**ueis famæ spolia aut dudum detraxit avara  
 Ætas, mox properâ aut detrahet usq; manu.  
**E**rgo vestra refert hybernam gloria lucem ,  
 Ut nubes umbrâ polluat hanc tenui  
**C**redite mihi,magni fuga temporis acre venenum est  
 Nominibus magnis,exitioque dabit  
**P**rætereunt vestri tanto splendore triumphi,  
 Et pompæ celebres luxibus Attalicis  
**P**rætereunt sceptræ ac Dominatus, præterit, ambit  
 Quidquid Luna suo argentea circuitu

Nec

Nec vero indignis quæ temporis impetus aufert  
 Illa aliis affert de meliore nota;  
 Cuncta pede ille æquo calcat, bona sortis opimæ  
     Non tantum, at vasti dona etiam ingenii:  
 Sicque adeo mundum pariter volvensque, trahensque  
     Curriculo jugi tempus abire solet;  
 Nec mora nec requies, ausquam vestigia figit,  
     Dira nec ostendit signa sui redditus,  
 Hauriat immani miserios vos donec hiatu,  
     Inque urnam, in vanos & redigat cineres;  
 Quod tamen haud humili sibi sedem humana putatur  
     Gens posuisse loco, & cornua sumit atrox;  
 Quid mirum incussu si dum ruit illa potenti,  
     Usum se præter tempus agit solitum.  
 Lentius; ut quæcumque animo dictisque sequatur  
     Vulgus, si non tam finibus exiguis  
 Clausum esset tempus, decus omne perire videres  
     Humanum, in cineres, inque redire lutum.  
 Audieram hæc supplex (nec enim inviolabile contra  
     Verum stare animo, ac fidere nolle, decet,)  
 Audieram & fædâ tractas de nocte videbam  
     Res hominum ad solem more nivis fluidæ  
 Dissolvi, & tempus prædas ex munere famæ  
     Usque agere, exque amplis nominibus spolia,  
 Jam ut flocci facerem quæ Numinæ sicut adorat  
     Capta animo, atque oculis Gens hebes usque hominum

(f)

Ne-

Nescia fatorum, neque credula fata docenti  
 Dum semper molli perdita luxurie  
 Delitiis se pascit inanibus, arida laudat  
 Plusque senum, pubis funera quam teneræ.  
 Quot jam felices mors abstulit ubere matris?  
 Extremo miseros quot soluit senio?  
 Felix qui nunquam (quis dixit) prodit in auras.  
 Prolixam ast vitæ splendida laus sequitur  
 Usuram demus longo hoc errantibus usu  
 Quid tamen est tanto quod petitis studio?  
 Temporis in crudi si tandem id vertitur escam?  
 Appellant famam; at verius altera mors;  
 Altera mors fama est, mors altera longaque vita;  
 Qui longum vivit, credite, bis moritur  
 Nec magis hunc, quam primum obitum medicina refutat  
 Nomina sic Tempus magna triumphat ovans.

## TRIUMPHUS DIVINITATIS

Ex eodem Petrarcha.

**E**rgo ubi quam late terras obit orbita cæli,  
 Rem nullam vi, vel flore vigere suo  
 Aspicerem, totus tremefactus, nitere, dixi  
 Quâ re? respondi spes mea tota Deo

Ni-

Nititur, haud unquam qui corda inhiantia cælo  
 Lusit promissis, aut ope cassa suâ  
 Destituit nunquam; at mundus mea vota fefellit:  
 Nam tandem qui sum agnoscere, qui fuerim  
 Incipio, nunc nunc video irreparabile abire  
 Tempus; nimbiferis quin citius Zephiris  
 Maturare fugam & sævum mihi linquere luctum.  
 At quid eo in luctus? si mea culpa fuit;  
 Debebam intendisse oculos maturius ægros,  
 Et damnavisse improvida consilia.  
 Nequaquam & seros hanc mentem parcere in annos,  
 Cum spargit senium tempora cana nive,  
 Fatalesque extrema legunt jam fila sorores:  
 Numinis at nunquam gratia sera fuit  
 Cui acclinatus solidâ spe incumbo, beatis  
 Nem pe illa impellens mentem animi stimulis  
 Ausa meam mentem succendat ad ardua, fructus  
 Cum magno & tardus fœnore reddet ager.  
 Dicta mea oppositis ego sic rationibus urgens  
 Hæc ipse intento per volüebam animo;  
 Dumque ego nosse aveo si Res Moderator olympi  
 Quas agitat, formâ non vigeant stabili  
 Post tantos motus variæque volumina sortis,  
 Illis qui finis, metaque quæque siet.  
 Ecce novum mundi corpus; cui tempora leges  
 Non ulla, non & ferrea fata dabant,

(f 2)

Sum

Sum visus metiri oculis in imagine mira:  
 In formam indigestam horriferumque chaos  
 Omnia confundebantur, circumque ruebant,  
 In speciem cultu mox meliore novam  
 Cuncta remigabant, redimbat tempora luce  
 Sol alia, tellus læta magis faciem  
 Gratam ostendebat, Nymphis nova littora Nereus  
 Pulsabatque novis; sed mage fede rata  
 Mirabar fixisse pedem atque hærere quietum  
 Tempus, quod pridem, perpetè remigio  
 Omnia commutans jugi vertigine agebat,  
 Atque unam partem ex partibus esse tribus  
 Fecerat, & firmam serie Illam jusserat esse  
 Perpetuâ, antiquo nec velut ante gyro  
 Circumagi, & certis spatiis velut ante rotari:  
 Non ibi partem in quamicumque feras oculos  
 Sensus erit aut præteriti terrorve futuri,  
 Qui vitam hanc mortalem efficiunt miseram,  
 Atque illam ducunt extrema per omnia; sed sors  
 Molle fluens, ridens usque sereno oculo  
 Firma, beata, potens cursuque æquabilis omni,  
 Monte sine ac silvis ceu patet æquor agri.  
 Delibat pernix mentis calor omnia, transit  
 Quam cito sol liquidâ per vitra clara face  
 Aut citius: nec enim illam ullis res ulla coercet  
 Obiicibus. o quæ gratia me excipiet,

O

O quæ dulcedo, si conseqnor ut desixis  
 Usurpem coram obtutibus ora Dei,  
 Atque bono fruatur summo! non sorte malorum  
 Abstractus, secum quæ mala tempus agit  
 Atque aufert; Tauri non hospes cornua, Cancri aut  
 Brachia, ibi viset, quæ moderantur opus  
 Terrigenum, vitâ Ver, viribus afficit æstas  
 Languore Autumnus, sed nece tristis hyems.  
 Felices animæ, queis est locus agmine in illo  
 Concessus, quorum & splendida Mnemosyne  
 Nomina perpetuo suavis tutatur amore;  
 Fortunatus & is, qui vada per scopulos  
 Tuta istos repetit, per aquis spumantibus amnem,  
 Quem falso vitæ nomine donat homo;  
 Cujus tanta sitis mortales afficit ægros;  
 Quantum at stulta hominum pectora noctis habent!  
 Spemque animumque omnem fingunt quæ rebus in illis,  
 Quas atro mergit funere tempus edax,  
 Inque sepulchrales cineres; in inane resolvit  
 Heu monita hæc nemo at suscipit aure avidâ,  
 Nemo mentem aperit, nemo ad meliora reflectit  
 Orsa pedes; torpens omnia desidiâ  
 Mensque auresque pedesque miserrima cladis imago  
 Humanæ, ad summum corda pedesque Deum  
 Ah revocate, regit qui terram & cœrula cœli,  
 Nunc Elementa ciens nunc Elementa domans

Cu.

Cujus inexhaustis radians sapientia flammis

Non admittit, mortalia sensa, oculos.

Jpsi cælicolæ Gens nostri corporis exors

Captu haud solerti apprendere cuucta queunt

Quæ gerit, & satis est tanto ex splendore bonoque

Complecti micam lumine vel tenuem,

Et desiderii insignis lenire calorem.

At mea mens nimis icta cupidinibus

Quo vano raperis motu ? una intercipit hora

Annis quod cumulat pluribus ingenium.

Omne quod in varios diducit pectora sensus

Seu spes sive pavor, seu dolor aut gemitus

Vanesket velut umbra fugax, nec tempus habebit

Mensuram, non discrimina, neve modum

Non tum dixeris, aut dudum hoc ex stamine fluxit,

Pensum intra latet hoc; omnia tractu etenim

Æterno cedent, & inenarrabile jugis

Textum ævi curret stamine perpetuo.

Hic retro loca senta situ vastissima surgunt

Ante oculos juga, queis obiicibus animi

Lux distracta manet, quod spe venere sequaci

Illic non erit, aut quod Tibi cura memor

Afferat ex ævo veteri; præsens erit usque

In manibus, nexus jureque continuo,

Olim quod tantis optabas prendere votis.

Rerum humanum nunc levis ista rota

Sæ.

Sæpe adeo multos erroribus illaqueat, dum  
 Præterita aut agitant, dumve futura timent,  
 Ut jocus hæc sortis videatur vita fuisse:  
 At tum haud in partes tempora distribuent  
 Omnia nec tentur simul intervalla, nec æstas  
 Nec regnabit hyems, denteque fatifero  
 Quod quondam exhausit morte & consumpsit acerbâ  
 Ipsum mæsta feret funera tempus edax.  
 Visendi usque novi translatâ sede penates,  
 Atque ævi in samam non jam erit Imperium;  
 Quin quem dulce semel decus illustraverit, illi  
 Jbit perpetuâ gloria luce comes.  
 Fortunatæ animæ, quæ aut jam sunt mole solutæ  
 Corporis, aut queis spes arripere illum apicem,  
 Sede Poli aut queis dabitut requiescere; namque  
 Omnibus haud idem culmen honoris erit.  
 Illa erit, atque inter divinæ sortis Alumnas  
 Imprimis felicissima, quam viridi  
 Sub flore, & primis vitia ignorantibus annis  
 Mors nimis heu terris invida surripuit.  
 Illustres operæ, tum demnum in lumine claro  
 Et sensus deducti æthere, plena Deo  
 Verbaque, primævæ rara ornamenta Juventæ  
 Splendescunt, opplebuntque stupore polos,  
 Illa dies superæque in sedis honore locabit  
 Jam exemptos ævi ab dentibus, atque Atropos

Ab

Ab falce, ante oculos erit atque in luce patente,  
 Quas manicas mihi amor strinxeris & pedicas;  
 Unde aliquis digito & tali me voce notabit:  
 Ecce illum, cui cordi usque erat anxietas,  
 Cui luctus, sed cuius erit felicior omni  
 Alterius risu, luctus, & anxietas:  
 Illa autem morto, quam nunc quoque carmine honoro  
 Gaudens, seipsum admirabitur attonita,  
 Communem fuisse sibi palmam offere favorem,  
 Purpureusque olli surget in ora rabor:  
 Sed quis tam laetam lucem portabit Eous  
 Haud novi, quod si conscientia Diva mea est,  
 Non id mortales inter sed proxima Divis  
 Agmina, divino differit ore sonans.  
 Credo equidem id tempus sensim accendentibus annis  
 Allabi, & minimum jam superesse morae,  
 Cum genus humanum rationem temporis edet:  
 Exacti liquidam Judice sub rigido,  
 Cunctorumque operum, seu sanctis consona Divum  
 Praeceptis fuerint, sive inimica Deo.  
 Aeternas equidem laudes illa æthere habebunt;  
 Distrahet hæc diris obsita Alesto probris,  
 Turbidus ut telam Boreas discepit Arachnes:  
 Hicque advertent examine perspicuo,  
 Quum vanis semet cruciarint pectora curis,  
 Quum spe hebeti spes sint atque secuti hebetes

Ad-

Advertent, suaque invertent simul ora rubore;

Non erit admissis tegmina qui tacitis

Iniiciat noctemve, atque alta silentia quærat;

Tam recti omnis mens conscientia, quam reprobri

Protracta in lucem posito velamine stabit

Ante oculos hominum, Cælituumque oculos;

Grato aliis, inviso aliis decreta tenore

Omnipotens fatorum Arbiter evoluet

Extemplo gens dira petet loca sulphure amicta

Atrorum nemorum, qualiter acta fuga

Se fera cummittit latebris; horrenda Tonantis

Ora etenim tolerare haud poterunt oculis,

Agnoscentque palam gazas, opulentaque sortis

Munera, tollebant queis capita alta polo,

Haud lucrum sibi, sed turpem invex se ruinam:

At latus adversum interrita concilia

Justorum ostendet, procul ambitione, fuerunt

Virtutis frœno qui cohibere animum.

Exuet ærumnas tunc corpus & astra tenebit

Junctum animo, summi compos eritque Dei.

Ast animas inter, quæ corpora prisca recurrent,

Vertice sublimi sidera percutiet

Illa equidem, quam terrarum ingens orbita nostrâ

Voce vocat, nostris usque gemens modulis,

Quamque avet, o quantum! polus aspexisse reversam

In tam formosi corporis hospitium.

(g)

Flu-

Fluminis ad ripas, oritur qui in monte Gebennæ,

Qui ditat gravidos Avenionis agros,

Jllam, scit, propter quantas Amathuntia curas

Mī dederit, quo me & corruerit genere

Me quoties gelidis ibi vidit Lucifer astris,

Et matutinis umbra sub alitibus!

Tu mihi Cœsareo pretiosior Amphitheatro,

Tu mihi Phœbea charior Ortygia;

In te mentem animi totam mea vita locabam,

Cum mihi mors propero funere te rapuit.

Te, Dea, te Charites, te ploravere Napeæ,

Et Venus, & castæ delitiæ Veneris;

Jpsæ & amor pharetram, & faculas abiecit, & omnes

Jecit in adversos non bona verba D:os:

Impia mors quam me crudeliter externasti!

Sed neque adhuc nostro pectore cessit amor;

Vivet adhuc vivetque hominum famosa per ora

Laura Petrarchæis facta Helene ē numeris.

Fortunate lapis, tumuloque beatior omni

Tu tegis illius corporis exuvias;

Dulces exuviae, quæ postquam in lumina rursus

Vitai surgent, induerintque animam

Si felix fuit in terris qui viderat Jllas,

Quidnam erit in summo cernere posse Polo?

IN

(3)

# IN DOMUM SANCTAM

Sive Exercitiorum  
 In suburbio Florianæ sitam  
 In Insula Melitæ.

**L**Audabunt alii Magni tecta alta Magistri,  
 Et Fora famosis inclyta porticibus,  
 Auroque & signis radiantia Templa Joannis,  
 Et portum undantem navibus omnigenis,  
 Aut opere educta immani tot mœnia formam  
 Forcipis & Lunæ quæ referunt mediæ,  
 Mille ubi terrificum stant æra imitantia fulmen,  
 Torvi Brontis opus, quæ simul ac gremio  
 Accepere nitrum, flammamque hausere metallo,  
 Pila ruit, tellus murmure concutitur,  
 Adjecta aut curvis nova propugnacula ripis,  
*Emmanueleo condita consilio,*  
 Qui prior ostendit qui defendamur ab hoste,  
 Quâque malum impendens effugiamus ope.  
**H**æc alii: Tu sola meis dicenda Camænis  
 Sancta Domus, solam Carmine perpetuo  
 Mens celebrare mihi, quanto licet ore, tuasque  
 Ingenio laudes uberiore canam.  
**Q**uam non desidiæ turpi malefonda voluptas  
 Molita est thalamis mollibus indecorem;

(g 2)

Am-

**A**mbitio non vana animi, fluxæque cupido  
 Laudis, & effusis fastus hians opibus  
 Erexit, verum ipsa suis pulcherrima rerum,  
 Ipsa suis pietas fecit opus manibus:  
 Quod non annorum spatiis abolere vetustas  
 Longa, nec imber edax sit potis eruere,  
 Vertere non præceps Boreas, non tangere fulmen,  
 Vipereisque ausit dentibus invidia.  
 Fortunata domus! cuius formamque modumque  
 Et spatia, & pulchris atria liminibus  
 Sancta Jgnatiadæ posuit solertia, salve!  
 Salve o sidereis consita deliciis!  
 Se tibi magnorum flectant palatia Regum,  
 Nec se ausint Laribus composuisse tuis.  
 Quam te compellem domus alma? an culmen Horebi?  
 Culmen ubi fulgens igneRibus loquitur?  
 An Sinæ vertex, ubi certo fulmine leges  
 Æternas sancit Legifer altitonans?  
 Nescit stulta cohors hominum caligine mersa,  
 Nescit stulta, in te quot bona deliteant;  
 Atque animæ in terris curvæ, & cælestium inanes  
 Jgnorant cellæ gaudia sancta tuæ.  
 Jncolit usque tuas sedes concordia pace  
 Gaudens, & fraudis nescia simplicitas;  
 Insistit probitas tua limina sancta, Fidesque,  
 Et pudor, & veri conscientia Religio;

Ex-

Exundat plenis hic vera scientia rivos;

Qui sitit, accedat, largius inde bibet.

Hic sine foce merum est, pura hic sine felle voluptas;

Hic sine labe dies, nox sine labe fluit.

Ni Christi, ni sint Sophiae cœlestis amores

Sint procul; humanum nil sapit iste locus.

Oblitus terram, hic Divis accumbere, succis

Cœlestisque putas pascier ambrosiae.

Siste pedem, & tanti speciem circumspice tecti

Educat artifici, dispositamque manu:

Aspice florifero surgens quâ vertice moles

Augustæ pandit septa verenda domus;

Quattuor ostentans totidem quadrantibus ora

Frontibus, & lucis purpureæ radios

Admittens æquis rectâ regione fenestræ,

Quarum surgentes altera spectat e quos

Solis, defessos contra altera jamque cadentes;

Dein avidis solers inspice luminibus,

Quâ sese interior longo domus ordine pulchri

Usus hospitii dividit in varios.

Ante omnes, pietatis opus mirare sacellum,

Qua pia gens humiles jactat in astra preces,

Ductum est in gyrum lato curvamine, celo

Cœlo ubi se moles altior erigitur,

Sublimi convexa jugo laxata per auras

In medii similem ducta globi speciem,

Exi-

**E**xiguus tholus inde coit, vitroque superstans  
 Vertice, quo insertim lucem in opaca suam  
**S**ol jacit: insigni major nitet Ara paratu,  
 Fulget ubi effigies inclyta Lojolidæ,  
**C**æca olli spelunca domus, raptuque supino  
 Rerum humanarum stant oculi immemores.  
**D**extra tenet calatum, strictum tenet altera saxum,  
 Et jacet in gremio charta notata suo,  
**A**rcanos sensus, arcana oracula charta  
 Continet, arcanis Numen inest foliis.  
**Q**uartuor in latera excurrunt altaria, Divum  
 Quinque ubi Cælicolum cernitur effigies.  
**I**lla tua est, bone Dux animæ, bone mentis Achates,  
 Qui nos assiduis protegis excubiis.  
**H**æc tua, cui summos concessit olympus honores,  
 Cum Jesum ille tuis credidit officiis.  
**B**aptisten, Paulumque refert simul altera, uterque  
 Flammeus, & lingua tela tonante vibrat.  
**U**ltima Xaverium tabula indicat expirantem,  
 Qua littus sinicæ murmura condit aquæ.  
**H**uc propera; videri ut facto simul agmine cœtus  
 Approparent hominum, utque Ara sonora fremat;  
**Q**uale vere novo solis sub luce serena  
 Rura petunt volucres florea mellilegæ,  
**C**ertatimque volant, mireris in aere nubem  
 Omnia late alis fulgere puniceis.

Ac

Ac velut in fluvio celer unda supervenit undæ,  
 Altera subsequitur, primaque præteriit;  
 Haud aliter veniunt cætus, abeuntque vicissim,  
 Occupat hic avide, deserit ille locum.  
 Quare ades! haud veterum hic disces ludibria Vatum,  
 Sacra obscura cavis orgia non calathis,  
 Non Cereris tædas pia quas adolevit Eleufis,  
 Tergaque serpentum squammea Triptolemi.  
 Non te isthic ludent tot vana sophismata, nec te  
 Attonitum involvet subdola vafrties  
 Verborum, veri pingens sub imagine falsa,  
 Falsi etiam pingens vera sub effigie;  
 Non hic reperies plures qui fingere mundos,  
 Innumerosque audent, siderea, & spatia,  
 Atque orbes alios veluti sub pollice tractant,  
 Unde fluant imbræ, unde fluant tonitrus,  
 Quantæ Solis equi; quam lata epicedia Lunæ,  
 Telluris centro summa superficies.  
 Quam sejuncta siet, cadat & distantia quanta  
 Inter utrumque polum; discrepet a superis  
 Tellus quamq[ue] indagine; quam latum æquor ubique  
 Protendat gremium, sidera circuitu  
 Quam longo ductu, aut quo motu pulsa vagentur;  
 Cœtera quæque hodie, Pulpita qui quatiant,  
 Immani promunt sonitu, sapere ut videantur  
 Indocili turbæ; non aliquem ut pariant

Fru-

Fructum, ventosæ vis ambitiosa loquelæ;  
 Namque ubi desit, & cessit ab ore fragor;  
 Insanam repetit vitam, ritusque prophanos  
 Excussa illico formidine gens hominum.  
**A**t quod sancta fides, disces, quod dogmata Christi,  
 Quod sacra Mosaicis continet in tabulis  
 Pagina, & hi monitus quos claudit Epistola Pauli,  
 Cælesti quidquid lumine Lojolides  
 Ictus ad abstrusas penetrantia verba medullas  
 Conscriptis; quidquid mystica sacra canunt,  
**Q**uid sacra jura sinunt, quæ sit reverentia sacris  
 Debita, Sanctorum quæ pia sensa Patrum;  
**A**t Sanctæ Sophiæ sitiens arcana, perenni et  
 Fonte petens, vivâ labra rigabis aquâ.  
 Hic disces contemnere opes, contemnere honores.  
 Despicere & quidquid mobile vulgus amat.  
**Q**uærere quæ sursum tantummodo, quæque deorsum  
 Deserere & veteris exuvias hominis  
 Liquisse, exiguis spatiis ut laxet inanis  
 Ambitio sese, quantula pars nihili  
 Sit quot tot gentes inter certamine tanto  
 Eheū! mutua per vulnera dividitur,  
 Magnorumque adeo ambitiosa negotia Regum,  
 Gazam amplam, classes dispositas, populos  
 Fæderibus iunctos, valido seu Marte subactos,  
 Hic positas, illic culmine ab aero

Dis-

Disjectas arces, rerumque, operumque paratus  
 Immanes alios, garrula quos sonitu  
 Fama solet vulgare hominum plaudente per ora,  
 Non alio hic sané lumine dispicies,  
Quam curas pubis, quoties molimine magno  
 Tollere amat calamis, viminibusque cafas.  
 Ergo ades! & sanctis dociles sermonibus aures  
 Arrige, mente sonos imbibe dulcifluos,  
Quos gravis eloquio *Barberius* edit, ab altâ  
 Flexanimo quoties ore tonat cathedrâ:  
 Et tonat, atque acres verborum effulgorat ignes,  
Queis scelerâ, & scelerum conscientia corda quatit:  
 Idem mille favos per pectora stillat, & aures,  
 Pectora dum scelerum pœnituisse videt.  
 Ille atras adimit curas, & pectora firmat,  
 Et dulci alloquio dulce ciet lacrymas,  
 Ille r̄:purgatæ tollit mala nubila mentis,  
 Hoc metus, hoc ultrix ira furorque cadit,  
 Ille laborantem Tytyum sub vulture fallat,  
 Nec sitiatis refugas Tantalus inter aquas.  
 Saxa animasse sono Thebanæ conditor urbis  
 Dicitur, & blandis quo cuperet precibus  
 Duxisse, & quercus orpheus traxisse revulsas,  
 Continuisse Lyrâ & fluminum iter rapidum.  
 Saxa ille & silvas: ferrum at *Barberius* imis  
 Cordibus, & fractuni (mirum!) adamanta trahit.

(b)

Fe-

*Felix Barberi, tua quem sapientia pascit,*  
*Quique tuæ insistit limina sancta domus.*  
*Js qualis riguo surgens Hyacinthus in horto*  
*Crescit, & assyrio mulcet odore nemus.*  
*Non tristes hyemes, Boreæ non flabra, nec imbræ*  
*Latratusque timet non canis Jcarii.*  
*Talis quem ex alto felici lumine visit*  
*Quem terræ & canæ Thethyos unda tremit;*  
*Non illum pariis tangunt palatia faxis,*  
*Queis micat auratâ sub trabe falsa dies,*  
*Non molles epulæ nec dulcis munera Jacchi,*  
*Nec quæ sunt cupidæ dulcia damna gulæ,*  
*Non auro illusæ vesteræ, Tyriumque venenum,*  
*Infecta aut afbris vellera muricibus.*  
*At Domino fixus sese componit in illo,*  
*Condit in æterno gaudia cuncta Patre*  
*Non hunc invidia, aut torquet malesana libido,*  
*Non dolor, ira suis concitat aut facibus,*  
*Nulla valent tormenta animum defletere cursu,*  
*Non si instent tortis anguibus Eumenides.*  
*O adsis mihi certa fides, vosque o fera ventorum*  
*Agmina, vos etiam fulmina, vos dubiæ*  
*Telluris, Cælique Erebo titubante ruinæ in-*  
*Volvite me, potero solus agente fide*  
*Inter sollicitos, animi discrimina, casus,*  
*Inter oberrantes, agmina dira, metus,*

Ef-

**E**sse potens, latusque, animos dabit illa, pavendo

**Quæ** generosa nihil, cum tremit, una timet.

**O** mihi dum tali urantur præcordia flammâ,

**Quam** foret hoc iustum vulnere dulce mori!

**A**dsis amice! precor, mira dulcedine captus

**B**arberii dices pectore inesse Deum.

**A**d Rev: P. Ernestum à S. Martino

**C**armelitarum Discalceatorum Priori

**H**yminum in Sanctæ Matris Theresiæ

**l**audes dono dicat Ang:DURINUS

**I**nq: Mel:

**C**ui potius, quam, Erneste, tibi sacra carmina donem,

**P**astor Carmeli fide Theresiaci?

**N**e mea quod paucis niteant variata figuris

**C**armina, & argutis plectra sonis careant,

**N**on tamen injuncta tibi hæc Erneste legenti,

**A**uribus atque tuis dissona crediderim.

**C**um referunt nostræ Vatum figmenta Camænæ ,

**Q**uæ per se nullum pondus habent, genio,

**I**ngenioque locus tunc est, tunc arte politum

**D**ebet opus sterilem vincere materiem:

**A**t cum vera canit, compto sermone, Poeta

**N**on eget, ipsa sibi larga seges satis est.

**S**ic operam Aurificis rutilæ gemma æmula flammæ

**N**egligit, ipsa suis fulgida sat radiis.

(b 2)

IN

## IN NATIVITATEM

B. V. MARIAE.

**S**Quallida cur tenebras tellus gemis? & tua flendo  
 Lumina dejectis turpia stant lacrymis?  
 Desine jam lacrymarum, & laetos indue vultus:  
 En Phlegetontæum nox ruit in barathrum.  
 En tibi jam promit roseos Aurora colores,  
 Ortus adest Solis proximus Ætherei.  
**Q**uidquid Jdumæis generosi sanguinis oris  
 Fulsit, & Isacidum jam tulit Imperium,  
 Exhibit ista dies, quæ magni conscia partus  
 Orbi affert sancta in Virgine spem misero.  
**R**egius in sacrâ gaudet micuisse Puellâ  
 Sanguis, & in venâ nobiliore micat.  
**N**am licet innumeros Virgo repetita per annos  
 Regia ducat Avis stemmata nobilibus;  
**A**ttagen est rivi quam fontis clarior unda,  
 Et plus quam cœpit luminis illa dedit.  
**Q**uid mirum? si utero ex sterili dedit Anna Mariam:  
 Naturæ siquidem non erat illud opus.

**UR-**

## URBIS &amp; RURIS

## Differentia.

**R**omuleæ quamquam celebrentur ab omnibus arces,  
Orbisque hac una totus in Urbe latet,  
Nescio quid nostris arridet blandius arvis,  
Quod non Romuleæ mænibus Urbis habes.

Magnificis fateor surgunt fastigia tectis,  
Multus & auratâ splendet apex camerâ;  
Sed mihi dulcius est in rustica culmina ferri  
Culmina, quæ tereti canna tegit palcâ;  
Cumque suam verbis commendet quilibet urbem,  
Me tamen ipsa juvant rura mage & nemora.  
Urbs domus invidiæ; nil Rusticus invidet urbi,  
Urbs est plena dolis; Rusticus arte caret.  
Urbe latent fraudes; fraudis sunt nescia rura,  
Urbs scelera; at virtus Rustica tenua habitat.  
Illi nulla quies; pura hic sine felle voluptas,  
Illi fictus honos, hic viget alma fides;  
Urbs patet insidiis, libertas incolit arva,  
Hic metus omnis adest, hic metus omnis abest.  
Nullus in Urbe pudor, rus castæ dulce Dianæ,  
Hic Furiæ, hic ludunt cum Satyris Dryades.  
Ars Urbem, natura nemus montesque frequentant,  
Impietas Urbes possidet, arva Deus.

Urbs

**U**rbs generat curas, totum dant rura soporem,

Urbs inimica bonis, rura inimica malis.

**Q**uisquis amas strepitus, per me licet, Urbe potire:

Vivam ego rure lubens, rure lubens moriar.

### In Luem Hypocondriacam.

**M**e miserum! diri quænam vis effera morbi? Tam subito mentem corpus & implicuit?

Ut docto nequeant sensus superesse labori,

Atque animum solitis artibus excolere:

Nec mihi blanda placent Musarum gaudia, nec mihi

Promere stat mæsti delicias animi;

Sed qualis Virgo dilecta orbata Parente

Insolabiliter sola domo vacua

Mæret, non olli Juvenes, non stamina curæ,

Sedula; nec solitis vertitur in studiis

Sed fusi, radiisque jacent procul heu deserti,

Et miseræ pecten volvitur è gremio:

Sic mihi nunc nunc omnis studiorum gloria sordet;

Et penitus nostro difflit ex animo.

Quid tantum merui? quænam me crimina lœdunt,

Ut vivam tantas inter amarities?

Non ego centimani natus de gente Tiphæi,

Unde periculum ingens Regia contremuit

Sa-

Saturni veteris; non Divum Numina novi

Lædere; non sanctam temnere Justitiam,

Non sanctam violare Fidem, nec foedere in ullo

Divum ad fallendos nomine abuti homines.

Non movet ambitio, nec amor vesanus honorum,

Non foedæ stimulus pungit avaritiæ,

Non angens utrâque manu sua guttura Livor,

Ægraque lœtis successibus Invidia:

Vivimus immunes scelerum, nisi sacra Minervæ

Est tetigisse scelus, sacraque Pieridum.

Atque utinam liceat tetram hanc deponere pestem,

Jus animi, atque ipsam surripientem animam.

Ut resono canerem te carmine dulcis Elisa.

Te ut ferrem ad gelidos usque Boristenidas.

Sed vetat hoc diri quæ me inclemens morbi

Affidue trux præcordia lethiferis

Flatibus insultat, spargitque venena per artus,

Atque laboranti bella movet capiti.

Unde atrox dolor, & densi per tempora vepres,

Impulsi crates dilaniant cerebri,

Unde & sollicitas pigro sub sidere noctes

Deduco miseris pervigil excubiiis.

Dumque procellosum dormit mare, & unda cubantes

Hinc atque hinc late sustinet Alcyonas;

Dum stertunt Boreæ alpini, liparæque sub antris

Iratæ languet dira Noti rabies,

Dum

Dum tacet omnis ager, riguæque silent convalles,  
 Et nemora, & volucres, & pecora & filuæ,  
 Solus ego insomni verso mea membra cubili  
 Educens ipsis vix animam è labiis.  
 O vagitus upilio felix? & durus arator!  
 Queis cerebrum, & nervi robore stant solidio,  
 Spirituumque latex fluit integer, & generosus;  
 Difficiles non illi increpitant tenebras  
 Non te illi nequ quam optant placidissime Divum  
 Somne, quies rerum, somne quies hominum:  
 Secretas siquidem tuguri tu pauperis umbras  
 Incolis, & rupis uigidulae latebras.  
 Queis subter procumbentes campumque, diemque  
 Proflant, effulti stramine fortuito.  
 His juvat umbriferam penitus defundere Lethen  
 Irrigat hos totum cornu, animi his requiem,  
 Mentem hilarem, vacuæ dulcissimaque otia mentis.  
 Curarum & læta oblia suppeditas.  
 Eheu! cur placidis à me, Deus effugis alis?  
 Lumina jam virgâ tange soporiferâ;  
 Somne veni molli crines præcinete juventâ,  
 Somne caput roseis vincit papaveribus;  
 Sic multo mihi thure, Deus, donatus abibis?  
 Sic nova ferta meis plexa dabo manibus?  
 Me miserum! surdas hæc dum jactamus ad auras,  
 Aestuat, & vires atra lues duplcitat.

Num-

65

Numquid ego erravi Libiæ per devia solus?  
Anne bibi è totâ toxicâ Thessaliâ?  
Men vaga sestantem tumidi tetigere Cerastæ?  
Men tetigit monstri lingua colubriferi?  
Men vidit solis degens Basiliscus arenis  
Cuncta venenato lumine qui perimit?  
Mene affer Cenchrus, men Cenchride sævior Aspis,  
Ulta fuit probrum quæ bene Romuleum,  
Cum male tentatum duxit Cleopatra soporem,  
Et mortis traxit corpore iter gelidum.  
Sævior his cunctis sed & his crudelior ipsis  
Hoc dirum nobis attulit exitium  
Pestis, tartareo quâ non truculentior orco,  
Non Phlegetontæis tetrior è specubus  
Erupit, nigraque trahens caligine nimbum  
Afflatum Furiarum Eumenidumque odiis.  
Cede loco infernæ monstrum illætabile noctis,  
Luctificum, & nostris tolle pedem laribus.  
Quære a'ias sedes, insonti & parce Poetæ  
R. Etius & fictos irruie in Hypocritas,  
Qui capite obstipo, vultuque, ac fronte recurva  
Dente Lupi rabido; at vellere tecti ovium  
Incedunt, qui se sanctos numerarier inter  
Afflant, itidem ut credere nos jubeant,  
Quod sint sancti homines, cum nil sceleratius ipsis,  
Nilque magis pronum in corporis arbitria;

Hos torque mœrore nigro, his præcordia tende,  
 Convelle & diris viscera torinibus:  
 Effice ut his chylus culpabilis insinuetur  
 In cava ventriculi, crudaque materies,  
 Reddatur tubulis, mucumque canalibus infer,  
 His corrumpe omnes spirituum latices,  
 His fac nervorum vires, cerebrique fatiscant,  
 His conquassatæ fac labet arx animæ;  
 Aut potius Stygias potius mergaris in undas,  
 Ne in mentem veniat secla ferire hominum,  
 Sive assueta malo gaudes, ipercute Manes,  
 Quos ferrugineâ linte senex Stygius  
 Subvectat, mea corda fero torquere veneno  
 Quis furor, innocuos, quis furor est Juvenes!  
 Perdere? abi vesana lues, scelerosa Charontis  
 Filia, vel conjux, aut soror, aut Genitrix.  
 Ærumnas proh quot miseris mortalibus usque  
 Dira creas! non tot Protheus est docilis  
 In rerum species, &c in omnes ire figuræ  
 Tu fera diversas induis ut facies,  
 Diversosque agis effectus, diversaque rerum  
 Portenta: indomiti sunt quibus halitum  
 Insedêre globi circum præcordia; crebris  
 Ac velut interdum assultibus, armisonam  
 Arcem, inopina petit phalanx, obfessosque fatigat,  
 Ut sic fossam transmittere, & impositum

Mu-

Munimen scopulis detur descendere, & Urbem  
 Denique inaccessam servitio premere:  
 Haud aliter vitæ irrum pens ferus impetit arcem  
 Halitus, atque umbrâ comprimit horrificâ,  
 Spiritus excutitur primum atque horrore rigescit,  
 Hinc cor languescens illico suppressimur,  
 Ceu oleum super accensum si protinus undam  
 Sparseris, ex minimâ maxima fit subito  
 Flamma, sonore fremit magno, circumque relucet,  
 Sed cito deficiens mox cedit, & moritur.  
 His verò in caput exhalat tenuatus, & ipsa  
 Fulcra animæ, & teneri dedaleas cerebri  
 Pervadit cellas immensus, agitque furores  
 In varios miseros usque adeo excrucians,  
 Ut persœpe sibi pariant lethum, atque perosi  
 Lucem, illaudatas projiciant animas.  
 Hic laqueo funes elisaque funera fregit  
 Præcipiti hi tectis pondere desiliunt,  
 Perque ignes alii, ferroque in viscera missa  
 Intima, vitam dispergere sollicitam  
 Lymphati volucrè; hos & quos inficit aura  
 Tenuior, & sensim molle aperit cerebrum,  
 Actutum videas molli permittere somno  
 Lumina, vitali ut corpora cassa animâ  
 Nunc animâ plenos totâ baccharier æde,  
 Ceû quos Bacche trahis pectora thyrsò agitans.

(i 2)

Hic

Hic risum cicit inconcinnum, & non bona verba  
 Effutit, digitis hic micat, hic pedibus  
 Exilit, huic risus nimis exercetur acutus,  
 Ast huic luce acies fallitur in media;  
 Hunc montes, altæque juvant in montibus umbræ,  
 Et solus loca deserta colit nemorum,  
 Urbanosque odit strepitus, rixasque forenses,  
 Atque hominum mores, & populi studia.  
 Alter at hic medjâ quamquam versetur in Urbe  
 Grata fugit socii vincla sodalitii;  
 Hic colles petit apricos, & amoena vireta  
 Quâ riguis fons argenteus è laribus  
 Profluit, atque inter Driades, Satyrosque procaces  
 Lentus amat versus fingere mellifluos,  
 Dumque canit, sistunt fontes, nemus errigit aures  
 Mirati applaudunt Fauni, & Hamadriades;  
 Ille amat ingenuos versarier inter amicos,  
 Et charitum dulci volvier in gremio,  
 Sicque dies trahere in longum, sed si citus inde  
 Halitus ex imo densior exuberet;  
 Omnia turbantur, veluti cum pace refracta  
 Qui quondam fuerant unanimes socii  
 Se se continuo invadunt, acuuntque furorem;  
 Prælia & armatis dira crient manibus,  
 Insultat dictis mordacibus, omnia vertit  
 Turbidus, ore fremens, atque furens animis

Hac

Hac miser, atque illac agitur, quæque ante placebant  
 Odit amicorum dulcia colloquia.  
 Sunt infelices alii, quibus efferus hepar  
     Affidue dolor exasperat, hos cruciant  
 Crudeles stomachi morsus, & tormenta ventris  
     Et miro flatus murmure raucisoni:  
 Qui nisi laxatis vinclis, & carcere fracto  
     Quâ data porta cavis effugiant latebris  
 Angoremque sepe horrendum, dirosque dolores  
     Chilicos extendendo canaliculos  
 Concinant subitamque necem intentare videntur.  
     Ast ægri ad se, crumpentibus his, redeunt.  
 Sed quot tetra lues species, quot dira nocendi  
     Semina habet, quisnam versibus enumeret?  
 Ante quis Apuliæ dicet quot montibus errent  
     Agni, quot volucres æthere per volitent?  
 Nam veluti incubuit nemori cum scœva procella  
     Contorquens quercus turbine silvifrago:  
 Exturbantur nonnullæ ab radicibus imis,  
     Annosa ast aliæ brachia projiciunt,  
 Atque imos aliæ ramos, aliæque supernos,  
     Non una at læsis omnibus est facies;  
 Quamquam omnes eadem percusserit atra procella,  
     Quamquam omnes & per terricrepus Boreas,  
 Haud aliter morbi fera vis non corpora quæque  
     Usque infestat, iisdemque modis cruciat,  
Sed

Sed prout hæc ipsis pars, illave debilior stat,  
 Pro morbi causis, atque gradu vario,  
 Induitur variâ specie, varioque malorum  
 Incedit pestis cincta satellitio.  
 Verum dira licet sint tot contagia, duris  
 Atque premant homines sollicitudinibus:  
 Illud in his valde miserandum, & magnopere unum  
 Ærumnabile, quod numina Pierides  
 Numina Sancta olim proh Fata sinistra dederunt  
 In pessum, atque artes proh dolor! ingenuas.  
 Improba enim labes non segnes impedit artus,  
 Fractaque fatali pectora desidiâ;  
 Sed quos clarat amor laudum, & sapientia præcox,  
 Et Lauri accendit gloria Apollineæ,  
 Ut primum ætatis florem tibi Phœbe sacrarent,  
 Hos petit hos succis impia lethiferis.  
 Quid tantum superi meruerunt Palladis artes!  
 Ut tanta ex Orco erumperet illuvies?  
 Quà Juvenes cōflictati, miserabile visu!  
 Primum illis cum ætas florida ver ageret,  
 Aut cum Pieris facerent divertia Musis,  
 Lucem immaturo aut funere defererent?  
 Credo quidem malefana lucem Phlegetontis ab imo  
 Infandis agitata invidiæ stimulis  
 Thysiphone immisit terris, quia scilicet illa  
 Efforere choros undique Apollineos,  
 Et

Et sapientum artes, doctrinarumque reperta

Vidit, & extremam instare necem vitiis.

At vos Cælicolæ purum quicumque tenetis

Æthera, & innubi lumine candidulos

Soles, infandam hanc terris avertite pestem

Atque iterum in latebras trudit Cimmerias:

Vosque o Pierides; Tuque o Tritonia Virgo!

Quæ magni orta Jovis diceris è cerebro;

Quandoquidem res vestra agitur, res vestra, benignam

Ferte manum, diram extinguite & illuviem.

Nec finite ut vestros inter grassetur aluminos,

Atque impune trahat dira lues studia,

Et passim jaceant deserta cacumina Pindi,

Quæque Aganippæis unda fugit scatebris.

Quod si obstant fera Fata, neque est revocabilis unquam

Terræ immissa lues: si quid opis, faciles

Monstrate, aut saltem hoc unum donare: prophanam

Serpat per turbam, & tarda per ingenia;

Tuque o Phœbe Pater, primis coluisse sub annis

Quem volui, Aoniis artibus invigilans,

Hunc mihi da teturum è membris deponere morbum,

Qui cunctas imo pectore lætitias

Expulit, & centum inducens uno agmine curas,

Mirificis mentem ludit imaginibus.

Non tot Phœbe pluunt maturâ ex ilice glandes

Cum nimbosa vagis grando furit siluis,

Quot

Quot mea vefani præfigunt corda dolores;  
 Quot miser ipse modis turqueor innumeris?  
 Nam modo Riphææ consternor frigore brumæ,  
 Et nunc Æthnis æstuo Termopylis,  
 Sæpe gerit dirum media inter viscera bellum,  
 Seditione fremens Æolus Hyppotades,  
 Sæpe reor novus errantem Copernicus orbem,  
 Circumagor dum vertigine sumiferâ.  
 O ego! ne tantis pænarum fluctibus usque  
 Curarum, atque isto merser in oceano;  
 Quam malim mihi vitales decrescere sensus,  
 Atque animam in ventos deficere arios,  
 Pauperis aut fieri robustus cultor agelli,  
 Lanigerique gregis hispidus Upilio?  
 Quem non ars succum? quam non & miscuit herbam?  
 Non succus, non herba attulit auxilium,  
 Non me Aloe juvit, non radix Pontica, non me  
 Juverunt Anisi semina odoriferi,  
 Non Carvis Cucubisque, & aromaticum Coriandrum,  
 Non Ambra, aut Radix Inda ciens stomachum,  
 Non Opium, lactisque tenaci parte remotâ  
 Tenu Serum, imbutæ sulphure non scatebræ,  
 Particulisque agiles vivis, acrique sapore  
 Fontes, quos virtus ferrea nobilitat.  
 Nil pedes herbiferos spatiari profuit agros,  
 Nil glande, & nitro instare minax avibus,

Aut

Aut docili Manno undantes immittere habenas  
 Præcipitare citis cursibus & lepores.  
 Omnia sunt penitus tentata, sed improba Pestis  
 Plus valet inventis usque Machaoniis;  
 At quam nostra negant medicamina ferre salutem,  
 Tu potes, o magnæ Inventor opis medicæ,  
 Huic tu quam primum tristi succurre ruinæ,  
 Et me crescenti surripe cordolio,  
 Da tctram hanc pestem, toto quæ copore sœvit  
 Improba, in Arctouum reiicere Oceanum.  
 Tunc levibus potero cæsum Pythona sagittis  
 Dicere, qui primis terror erat Populis,  
 Utque Gigantæum primus disjeceris agmen,  
 Æternos ausum perdere Cælicolas.  
 Sic te fortunet Divum Pater, atque hominum Rex,  
 Et Venus, & mundi cura, Puer Veneris.

Ad VIRGINEM MARIAM  
 in Speluncâ Insulæ Melitæ  
 propitiam .

TE quamvis Virgo decuisset nobilis arcus,  
 Quo Melitæorum promicat ara Equitum,  
 Vel quo nunc veteri templum ingens fulget in Urbe,  
 Argento Lampas plurima ubi advigilans

(k)

Im-

Immortale jubar devoto pascit olivo,  
 Argento vivunt plurimæ ubi effigies:  
 Speluncâ heic tamén in tacità obscuroque recessu  
     Contentam rupis te ara hábet exigua.  
 Qui fit æterni fata puro lumine solis  
     Plus gaudes sacris ut tenebrarum aditis?  
 Anne velut Cedar quod pellis fuscula, pulchrâ  
     Jpsa quoque o Virgo fuscula sis facie?  
 An quod servorum fastum domitura superbum,  
     Ancillam Domini nunc quoque fassa tui  
 Aularum strepitum, speciosaque culmina tecti,  
     Atque auri nimios sponte fugis radios:  
 Forsitan ut nobis adimas bona Virgo pudorem  
     Toto ore & summo crima nostra Deo  
 Confiteamur, amans lumen dispellis, & iram  
     Judicis objectâ sapis amans nebulâ?  
 Quidquid id est, tenebræ hæ dulces, gratique recessus,  
     Et placet obscuræ mi umbra silens latebræ,  
 Urbis præ veteris placet ista domuncula templo,  
     Præque Joannæ est angulus iste domo.

In DIVUM JOANNEM  
ob superatos ad Melitem Insulam Turcas  
Carmen sacerdotale.

**N**unc tua Joannes, conventu Templa frequentet,  
 Instauratque pias Vir, mulierque preces;  
 Omnia sunt operata tibi, non ulla trahuntur  
     Stamina, & à campis abstinet Agricola;  
 Singula & argutis olim suspensa labellis,  
     Rursum vota tibi persoluenda parant:  
 Turcarum quoniam terraque, marique phalanges,  
     Ipse manu validâ proteris innumeras,  
 Relliquisque omnes Melitæis finibus arces,  
     Cogis & infames vertere terga Duces.  
 Quare his promeritis Miles tuus, hoste perempto,  
     Aram Tænario marmore constituit  
 Arcum ubi tum pharetras, clypeos, frameasque, fudesque  
     Fixit, Threiciis signaque rapta viris.  
 Quasque potest tibi, Magne Parenz, persolvere grates  
     Nititur & festos concelebrare dies;  
 Dicit io canit euge Pater redolentibus aris,  
     Tollit & accensas Insula læta faces.  
 Sancte veni, placidusque animis illabere nostris,  
     Dexter ades lætus ad tua Templa veni;  
 Atque his auspiciis totis da pellere regnis  
     Turcas, da naves vincere Lunigeras.  
Ut  
(k 1)

Ut Scythiae, Lybiæque Urbes sacra Numinæ adorent,  
Incendantque tuis debita thura foci.

AD JOACHIMUM  
Corognam Melitensem  
Poetam Egregium.  
Consolatio  
In Amitæ Luctu.

**T**U cui largita est mentem natura capacem,  
Quem proprio dulces ubere Pierides  
Lactarunt; cui mox accessit plurima virtus,  
Et doctrinarum sedula noticies,  
Tantum in morte Amitæ capias Corogna dolorem,  
Perfundas miseris atque oculos lacrymis,  
Ut neque lurida nox, neque lux tibi candida possit  
Conceptam ex animo demere tristitiam?  
Et quereris, qualis Parnassi Daulius umbris  
Acriter Ismarii fata gemens Jtyli.  
Exere sollicitæ rorpendia nubila mentis,  
Teque ipsum mæstis eripe Turbinibus:  
Nec quicquam attigeris veterum præscripta sophoru  
Nec quicquam obbiberis dogmata Christiadum!  
Scilicet hunc vitæ cursum mortalibus ægris  
Arbiter omnipotens constituit; spatiis  
Ut cum quisque suum certis descriperit orbem,  
Naturæ tandem debita persoluat.

Re-

Respice quam variis homini natura figuris  
 Illudat; lucem dum prius iste fugit,  
 Quam quid inest illi dulcedinis, & quid amari  
     Agnoscat, tarde tempora sed gradier  
 Ille sibi queritur, ferri quem pondera frangunt.  
     Et manicæ, pedicæve aut metus à bubulo  
 Nervo, terrificus vel squallor carceris atri.  
     Injustis quosdam fors fera judiciis  
 Opprimit, aut vox delatorum, aut Principis ira;  
     Hunc, cum divitiis omnibus exuberet,  
 Pallentes miserum circumdant undique morbi.  
     Hunc vexant hyemes, aut mala pauperies  
 Conficit, illum lapsus equi, murique ruina  
     Præcipitem dedit, aut fistula fatifera.  
 Nascitur hic flammis, hic tortæ nascitur undæ,  
     Hos etiam igne ferit Juppiter altitonans.  
 Ergo omnes sine delectu puerive, senesve  
     Intereunt, tellus æquaque pauperibus  
 Ac Regum pueris reseratur, mors fera & ubique est;  
     Nemo homini vitam non valet eripere,  
 At nemo mortem, morti debemus, & omnes  
     Expectat sua mors serius aut citius:  
 Sed neque mors aut est, aut debuit illa videri,  
     Quam melior post æternaque cunsequitur  
 Vita, nec hospitii gravis est mutatio, putri  
     Cum loca fæda luto sedibus ætheriis

Mu-

**M**utentur, magno & ponas vestigia cælo:  
 Jam quibus exuimus follicitudinibus  
**I**ntima quæ rodunt; capitis laterumque dolores  
 Quos fugimus; quantis cladibus eripimur,  
**P**ræsertim senior cum nos oppresserit ætas,  
 Cuncta uno & nobis tempore defuerint:  
**N**am quantis quamque assiduis est longa senectus  
 Afflictata malis; claudicat ingenium,  
**D**elirat vaga mens; surdæ sunt vocibus aures,  
 Et gustus minor est, & minor intuitus;  
**I**nſiliunt illum morbi quippe agmine facto,  
 Atque illi est ipsum vivere supplicium.  
**S**orte magis felici Amita hæc tua cessit ab orbe,  
 Viribus integris corporis, atque animi,  
**M**agnum ætatis iter multos est mensa per annos,  
 Traxitque ad longam tempora caniciem:  
**J**lla quidem meliora tenet promissa beatis  
 Nunc loca, nunc Divum pascitur Ambrosia,  
 Et vitæ sinerent isti si numina reddi,  
 Haud aurâ rursus vescier æthereâ  
 Velle: nimboſis ceu tempeſtatibus acti  
 Jonio in magno, vi maris undifoni  
**S**i fortasse remissâ appellant littora Nautæ,  
 Post itetum rapido credere se pelago  
 Nolint, & decurſa pericula rursus adire,  
 Spes quamvis lucri affulgeat auriferi.

Quo-

Quominus illius Corogna est morte dolendum,  
 Quæ bona mutavit tenuia perpetuis,  
 Omnesque infra se positas despectat humi res ,  
 Adscripta æthereis Cælitum ordinibus.  
 Cur Corogna gemis? gemitū sua gaudia turbas,  
 Ambrosiamque suam spargis amaritie.  
 Desine in assiduos absumere lumina fletus,  
 Neve Amitæ incassum sollicita cineres;  
 Tu sis innumeris naturâ instructus & arte  
 Pæne bonis tamen à tempore Pæoniam  
 Expectes medicinam, vulgi more , quousque  
 Tandem sera tibi oblia lux tribuat?  
 Quin ratione magis tantum fedare dolorem,  
 Ac lento decuit prægredier spatium  
 Temporis; hoc ratio suadet, suadetque vel ipsa  
 Si fari posset nobilis umbra Amitæ;  
 Hoc sacri Vates, aliquique rogamus amici,  
 Denique & ipsa roget Te tua Calliope  
 Quantâ vi studioque potest, absistere luctum,  
 Rursus & Hetruscas increpuisse fides.

F I N I S.



Mors  
 Osonwige illiret. Cogoune ety mours d'orez que lez  
 Gres poos mours et lez  
 Ouncelinge iulus le bofles Belbellez mout les  
 Vdctibie auces Cet lez  
 Cet Cetodys lez  
 Aseplos lez  
 Dgrie lez  
 Naze Amre iacqys lez  
 Tache iundmets lez  
 Ebsys wchicys lez  
 Satis magis  
 Vn  
 M  
 T  
 H  
 D  
 Q  
 I  
 R  
 B  
 L  
 M  
 E



MINUS LIB: XII BE IX

DE PIGRAMMATICIS

Estis esti de consummo remitti, non quo dico curritudo de iustitia  
statis beperci illi in ovo non possit, ) sed post aliud quo & plena  
doua aperg duperceptis occuperat, curritudo, quod per  
Iustis locutus sed in parte non minores, intercedunt  
doua aperg duperceptis occuperat, curritudo,

# EPIGRAMMATUM LIBRI III.

CICERO PRO RECHI

Omnibus ut iste pectorum, ut dicitur, luteo  
fasci, & diversorum cassis ut illa in operando, & operatores istos  
dissimilares ceteris, diversum ac simile sapientiam, & ac  
litterarum locutionis, & certioris concordia in summis, dissimilans  
quidam, sicut, quantum hinc: maxima rati, & ea pars, ut  
quis respondeat, imponit.

CASSIODORUS

Cadit enim in mundis follie, & folios, dum ignoramus  
deus natus, micos noscere.

PLINIUS Lib: VII. EP: IX.

DE EPIGRAMMATIBUS

Fas est & carmine remitti, non dico continuo & longo (id enim perfici nisi in otio non potest,) sed hoc arguto & brevi quod aptè quantaslibet occupationes curasque distinguit. Lusus vocantur; sed hi lusus non minorem interdum gloriam quam seria consequuntur

JUL: CÆSAR: SEALIGER

In Præfatione librorum Poetices

Non sunt audiendi qui hisce studiis clamant tempus absumi importunè, quod severoribus ac primariis scientiis impendendum est. His enim, si adhibeas modum, tantum abest ut fatigent animum, ut etiam alacriorem te reddant ad exquisitiores contemplationes.

CIC: PRO ARCHIA

Quis tandem me reprehendat, aut quis mihi jure succensat, si quantum cæteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi & corporis conceditur temporis, quantum denique aleæ, quantum pilæ: tantum mihi ego met ad h.ec studia recolenda sumpsero.

CASSIODORUS

Cum nulla in Mundo possit esse fortuna quam litterarum, non augeat glorioſa notitia.



# EPIGRAMMATA

## AD LECTOREM

*Hæc nos sepositis tractamus ut otia curis:*

*Scito quoque appositis tractare negotia curis*

*In Epigrammata THESSALIA*

*Gratia, M. C. 1580. TYPIS STYLICIS.*

*Non Pistoris opus est hoc, sed pectoris, unde*

*Dicitur in talibus amicis loquacis fuis.*

*Motu cari sapientia subiecta THESSALIA*

*Affinitas Iuli dicitur in libris*

*(A) motu in certe EPI-*

*Non dñe I. Appius. Piscatoribus posse*

*Mu-*





# EPIGRAMMATUM LIBER I.

Ad PETRUM METASTASIUM  
Poetam Cæsareum

In Effigiem MARIAE THERESIAE  
Imperatricis.



Morte carēt Superi, Superis THERESIA par est,  
Austriadas justo quæ regit Imperio;  
At morte ut careat, mortali stirpe creata  
Non dare Lysippus, Praxitelesque potest  
Mu-

Musa potest fati domitrix, quæ pectora Vatum

Enthea fatidico Musa furore quatit:

Te METASTASI decus hoc manet, hoc manet Illam

Ut celebris cantu fiat uterque Tuo.

Solus enim Vates es tali Heroide dignus;

Hæc sola Ingenio est area digna Tuo.

### IN EAMDEM

Cujus imago Deæ, facie cui lucet in unâ

Temperie mixta Juno, Minerva, Venus?

Est Dea; quid dubitem? cui sic conspirat amicè

Mascula vis, hilaris gratia, celsus honos

Aut Dea si non est, Diva est quæ præsidet Jstro,

Ingenio, vultu, moribus æqua Deis.

### IN EAMDEM

Quæ manus Artificis tria sic confudit, ut uno

Gratia, Majestas, & decor ore micet?

Non Pictoris opus fuit hoc, sed pectoris, unde

Divinæ in tabulam mentis imago fuit.

PE-

AD

## PETRI METASTASII,

ac Virgilii comparatio.

**F**amosa Virgilium priusquam educeret  
 Mantua, Poesis tamdiu jacuit nitor  
 Romanæ: hiulcâque Ennii elegantiâ  
 Personuerant aures politioribus,  
 Cœperit ut illo à Vate laus Poetica:  
 Haud aliter ingens nostro ævo Metastasius  
 Primus adeo fronteni explicuit, & ultimus,  
 Rugasque detersit Theatro Jtalicu  
 Ut quod Sophocli Græca scæna debuit,  
 Metastasio istud debeat sua Italia.

## DE EODEM

Priscis quod Orpheus, & Sopochles Græculis,  
 Metastasius hoc fuit Poetis Italis

## DE EODEM

Non ætas huic prisca parem melioribus annis  
 Extulit, aut mundi effœta senecta ferat:  
 Hoc uno meruit tantum Gens Jtala Landis;  
 Quantum cum Latio Græcia tota suo

AD

## AD EUMDEM

Ingenium, Musas, Veneres, Charitesque, Lepores,  
Nomine dicam uno, Musa Metastasii

## AD EUMDEM

Roma vetus Senecam, sed Metastasian effert  
Roma nova, & palmam prædicat esse suam

## AD PETRUM METASTASIUM

Lugentem mortem Francisci Primi.

**C**Onjugis excitos blandâ testudine manes  
Orpheus in superum pene reduxit iter;  
Tu sed Franciscum crudeli funere mersum  
Vocibus ad vitæ limina pene refers:  
Umbra suis gaudens huc laudibus advolat, & Te  
Miratur tales ore ciere sonos;  
Quod nisi fata ullâ mansuescere voce negarent,  
Parcarum & duro lex adamante foret,  
Franciscus potuit per Te redivivus in auras  
Surgere, & assuetâ sceptrâ tenere manu;  
Cui si non reddis vitam, tamen Orpheo vincis,  
Aure trahens cunctos Imperii Proceres.

AD

**AD DIVAM MARIAM THERESIAM  
DE METASTASIO.**

In Metastasio quem nacta Theresia Vatem es  
Dicat, cui Phœbus, Pieridesque favent:  
Jlli Tu debes; Tibi debet nec minus Jlli;  
Altera in alterius gloria major ineſt.

**IN EJUSDEM POEMA, CUI TITULUS  
*La Publica Felicità.***

Fas Metastasi Tibi soli, prodere quantum  
Lætitiae populis attulit una dies:  
At mihi adhuc dubium est, hæc an Tibi debita laus sit,  
An potius tantæ debita materiæ.

**AD EUMDEM**

Ut Theresiacum digno decus exeat ore,  
Exeat ore opus est, Maxime Petre, Tuo.  
Unus Alexandrum sic pingere debet Apelles,  
Sculpere Lysippus, scalpere Pyrgoteles.  
Quanta Jlla est? tantâ modo crescit ad æthera linguâ:  
Ingenii culpâ detero tale decus.  
Hanc Jovis ad solium tua fert suadela quadrigis,  
Quam nostra in terris parvula Musa tenet.

**AD**

# LIBER I.

9

## AD EUMDEM

Tam tua Musa meos animos demulcet, ut illos  
Auferat: an Pellex est mihi, Virgo Tibi?

## AD EUMDEM

Cum Tibi do versus, liquidis do humina limphis,  
Pompeio Lauros, Tela trisulca Jovi;  
Si prohibet quisquam fieri Tibi dona Poetæ,  
Ille Deo fieri dona vetare potest.

## IN EFFIGIEM METASTASII

Cerne Metastasium quem sæcula nostra tulerunt,  
Ut discant fastus ponere prisca suos.

## AD EUMDEM

Quà Te voce loquar, quà Metastase Camœnâ  
Te celebrem? Tibi quæ carmina digna feram?  
Quidquid habet doctrinæ Helicon, Pindusque tulisti;  
Nec Te pars sanæ Palladis ulla latet.  
Tota tua est virtus; te noster suspicit Orbis,  
O! utinam quot habes Charites expandere possem:  
Carmen grande mihi, non Epigramma fores.

(B)

IN

## EPIGRAMMATUM

## IN EJUSDEM METASTASII DRAMATA:

Cedite Romanæ, Grajorum cedite Scenæ;  
 Quid Metastasius nescio majus hiat.

## IN EJUS TRAGÆDIAM DIDONIS

Vidit ut hic proprios Dido miseranda dolores,  
 Talia non plena murmura voce dedit;  
 I quicumque negas luctum post funera; nunquam  
 Sic dolui vivens, mortua plus doleo.

## HONORI EJUSDEM MISCELLANEORUM.

Quæ canis annosæ donanda Poemata cedro  
 Victurum æterno tempore nomen habent;  
 Seu tenerum doctâ modularis arundine carmen,  
 Vel facilem tenero barbiton ungue feris;  
 Seu pastorali captas spectacula socco,  
 Turgidus aut tragicò syrmate verris humum;  
 Euripidem Sophoclen, Senecam, pariterque Maronem  
 Una tuæ suadæ viva medulla refert;  
 Unius ore tuo loquitur sic tota vetustas  
 Convictura Tibi, commoritura Tibi.

## AD EUMDEM.

Ecce iterum lacrymis orchestrām incendit amaris,  
 Et Sophoclem Petrus reddit & Euripidem

Au-

Audiit, atque ederas, & longum Syrma Tragœdo  
Græcia victa novo cessit, & erubuit.

## DE METASTASIO, &amp; MARIA THERESIA

O felix Metastasi faciente Theresâ  
Magnanima ingenii flumina tanta Tuil  
O felix Metastasio Tu Vate, Therefa!  
Cujus in æterno carmine Numen eris.

## DE EODEM

Dignum, Petre, tuo quærenti carnine carmen  
Aurem imam vellens Calliope admonuit;  
Pore stylum; Metastassi nam carmine solus  
Cælareus Vates carmina digna facit.

## AD EJUSDEM IMAGINEM

Hæc Metastasii est facies: patet obvia virtus,  
Et candor, fraudis nescius, inde micat;  
Cætera scire cupis, Vatis lege Dramata; dices  
Vix puto majorem mente fuisse virum.

## DE EJUS THEMISTOCLE

Quanta Themistoclis consedit peccore virtus,  
Bellum inferre suæ cum renuit Patriæ;  
Tanta animo, Vir Magne, tuo sese intulit, ore  
Altiloquo Herois dum pia facta canis;

( B 2 )

II-

**J**Ille iterum surgit per te post funera major;  
Crescit & ingenio laus rediviva tuo.

**AD EUMDEM**

Seu Tibi magnanimam visum est cantare Theresam,  
Virgilii haud pudeat sic cecinisse lyram;  
Inclyta seu Tragicæ memoraris facta camænâ;  
Usque Sophoclæ Tu pede digna tonas;  
Sive Nicem infidam tollis super æthera cantu,  
Cantas, quo invideat Lesbia prisca Nicæ  
Quis Tibi cedet honos pro tali carmine? cingat  
Lauro, hederâ, myrto, terna corona caput.

**AD EUMDEM**

Lenæos latices Parthus quo crebrius hausit,  
Faucibus aridior dicitur esse sitis,  
Qui tua tam dulci fluitantia carmina melle  
Auribus intentis, Maxime Petre, bibunt,  
Sic animi mirantur opes, pectusque disertum,  
Ingenii dotes, sic tua scripta colunt;  
Ut cum tam riguo mergantur fonte, bibendi  
Non tamen in tanto flumine cesset amor;  
Mens stupet, effugiunt tali dulcedine sensus,  
Hæremus numeris, ab ripimurque tuis;  
Seu lubet Herois modulari carmina plectris,  
Aptentur tragicis seu tua plectra modis

Ca-

Castalios fontes fileat jam garula fama  
Nam tua qui siriunt, dulcius unda rigat.

## DE EJUSDEM DRAMATIBUS.

Uberiora sonas, Senecæ quam Musa Tragædi,  
Qui tenuit culto Romula corda pede  
Multiplici Sophoclem superare volumine posses,  
Cui debet Tragicos Græcia prisca sonos.  
Largius exundat puro tua vena lepore,  
Et cursu punquam deficiente fluit;  
Quot parit Hybla favos, quot vernal floribus æthna  
Pectore tot fætus exeris ipse tuo;  
Prole tuâ felix, qui post fera fata superstes  
Librorum æternâ posteritate viges.

## AD EUMDEM

Aggredior quoties Te dicere Metastasi ,  
His me Phæbe soles increpuisse modis ;  
Deteris eximias tenui cur carmine laudes,  
Par Metastasio vix lyra nostra foret,  
Ipse suas tantum dotes celebrare potis sit ,  
Cui decorat doctas laurea nostra comas.

AD

## EPIGRAMMATUM

## AD EUMDEM

Si foret in nudis virtus, aut gloria verbis,  
 In laudes facerem carmina mille tuas;  
 Nobilitare potest nostram tua gloria Musam;  
 At Tibi nil potis est nostra Camæna dare.

## IN EJUSDEM EFFIGIEM.

Externam Metastasii fert ista Tabella  
 Effigiem; internam sed monumenta tenent.

## IN EAMDEM

Sic oculos, vultus, sic Metastasius ora  
 Gestat; sed genium Dramata dia notant.

## DE EADEM

Ut Græcis suus est, noster eris Sophocles.

DE EODEM ET MARIA THERESIA  
IMPERATRICE.

Quod Tu das Jlli, reddit Tibi: vivere per Te  
 Ut datur Huic, perque Hanc non potes ipse mori.

AD

## AD DIVAM MARIAM THERESIAM

Ingenium Pallas, formam Venus, Imperiumque  
Juno, tria hæc tres dant, Diva Theresa, Tibi.

## AD METASTASIUM.

Si vellem Metastasi Te dicere versu,  
Et Te venturis tradere temporibus,  
Grande cothurnati non os, neque vena Maronis  
Sufficeret, magni nec tuba Mæonide;  
Sed nec Apollinei siren dulcissima plectri,  
Nec pia Calliope, Calliopesque foror.  
Aura Tuæ hoc, Metastasi, daret unica Musæ;  
Hic Metastasius quam cuperem esse tibi!

## AD EUMDEM

Non loqueris Metastasi, me judice, verba,  
Ambrosiam loqueris, mel, mera mulsa, rosas.

## DE NICE METASTASII.

Nice Metastasii teneris cantata cicutis,  
Quam fama in niveis gemmea vectat equis;  
Nice tam nomen, dum current sidera, vivet  
Dum Nerei ambitam tundet humum Genitrix;  
Ipsa tibi famulas submisit Delia fasces,  
Deque suo cedit victa Neera loco

Vi-

Victa atque Illa suis Vatem quæ cæpit ocellis,  
 Intactum nullis ante cupidinibus;  
 Et quas præterea sacro flammatus amore  
   Claravit tuscis Ipse Petrarcha modis:  
Quod Venus est Charisin faculis quod Luna minutis,  
   Hoc tuus est illis, Nice beata, decor.

## AD EUMDEM

Dum, Metastasi, Theresam tollis ad astra  
   Sidus adoratum, quantus & ipse micas!  
 Lumen utrumque nitet, tellus miratur utrumque,  
   Calliope mque tuam, Cæsaridumque jubar:  
 Vivite Nestoreos ambo feliciter annos,  
   Aurca fax populis, Numen utrumque mihi.

## DE EJUSDEM DRAMATIBUS.

Nocturnâ versetque manu, versetque diurnâ  
   Drama Metastasii, quisquis amat sapere.  
 Heroum hic mores, genios, & corda revelat,  
   Hic veri, atque æqui certa medulla patet;  
 Laudibus eximiis virtutem extollit, & ipsum  
   Carpere non dubitat est ubicumque scelus ;  
 Proh quantum est dignus quam fauste vivere, quando  
   Res vitam emeritas non finit emorier?

AD

## AD EUMDEM DE SUIS DRAMATIBUS

Sic tua Melpomenes Tragicis induita cothurnis  
 Allicit, ut mæstæ corda beent lacrymæ;  
 Sic fata Heroum permisces atra secundis,  
 Unde minus gratum non larymæsse foret;  
 Sic fallis Rerum eventis, ut amabilis error  
 Sit menti, & recreet qui fuit ante metus;  
 Tandem opus eximium sic læto fine coronas,  
 Sola cadat merito ut victima perfidia:  
 Ergo immortalis cingat tua tempora Laurus,  
 Ceu per te victrix ipsa cupressus ovat.

## AD EUMDEM

Quod de Virgilii Vates Æneide Vatis  
 Papinius dixit, pronuntio Metastasi  
 De Te; ne quis Te sequier, nisi quam procul ausit;  
 Et Tua, quæ figis vestigia, pronus adoret.

## EIDEM

Maxime Vir centeno alius te carmine laudet,  
 Dimidio versu dico, Metafasius.

## EIDEM

Carmina qui Tibi dat, non se, non Te capit, una  
 Carmen condignum se Tua Musa canit.

( C )

E.

## EIDEM

Mantua Virgilio, urbs Romula Metastasio  
Cæsaris hic Vates, Theresiæ Jste fuit.

## INSCRIPTIO EJUSDEM ÆDIS

Musarum, Charitumque Domus, Domus hospita  
Phœbi est,  
Quæ Metastasio dicitur esse Domus.

## DE EJUSDEM POEMATIS

Moenia Dircæo Vatis crescentia plectro,  
Jussaque ad auditam saxa venire chelyn;  
Et placidas cantu tigres, auritaque quondam  
Flumina, cumque suis robora culminibus  
Fama tace; Orpheum jam Metastasia vincit,  
Thebaidasque suo pectine Musa fides;  
Credibile est Phœbum similes impellere chordas,  
Cum celebrat festas Cælica Turba dapes.

DE INÆSTIMABILI SUAVITATE  
CARMINUM EJUSDEM.

Metastasiani blanda Siren carminis!  
Jllexque Cypris, dulcis & decens charis,  
Leposque vernans, fascinansque suavitas  
Quo me rapis mei exsulem, quo me tui  
Plenum, tuoque concitatum Numine!

Jo

Jo per altas nubium auferor plagas  
 Tuo entheatus sauciusque pectine!  
 Romane Apollo, dia Siren ætheris,  
 Pignus Deorum, vena fontis musici,  
 Puri putique proma conda nectaris,  
 Vatum suprema lex; age in meos quoque  
 Paulum penetra te modos; sed impudens  
 Quid lingua faris? improba es nimis tace.

## DE EODEM

Unam cum modo Pindici liquoris  
 Guttam multus Apollinem rogarem,  
 Totum retulit aruisse fontem  
 Siccatum nimis insolente nisu,  
 Atque haustu Metastassi impotente;  
 Ergo si latices sacros sitirem,  
 Divinum Metastasium rogarem  
 Hunc &c se quoties sitiret, undas  
 Ajebat Clarii rogare Fontis.

## AD EFFIGIEM EJUSDEM

Hic Metastasius vultu tenus; at sata cælo  
 Mens animi, cæli fingier arte nequit;  
 Qui volet, hanc cælo librorum spectet aperto,  
 Non alio illa patet certior in speculo.

A

( C 2 )

IN

## EPIGRAMMATUM

## IN EAMDEM

Mille licet cingant victoria tempora lauri,  
 Et caput hoc celebret solis utrumque latus;  
 Non intelligitur hoc Metastasius ævo,  
 Olli digna feret præmia Posteritas.  
 Fallor! & Heroem nostra hæc intelligit ætas,  
 Jamque tulit Genio præmia digna suo;  
 Postquam Theresia colitur; nihil addo: quid ultra!  
 Postulet ad laudes Jlla, vel Ille suas.

## AD EUMDEM

Dum divina lego Tua Dramata Metastasi,  
 Ipse ignoro magis mirer; an invideam.

## AD EUMDEM

Nostra Tibi placeant si carmina Metastasi,  
 ILLIS pro famâ laus tua sola satis.

## DE EJUSDEM DRAMATIBUS

Sic tua Melpomene potis est mulcere querelas,  
 Ut lacrymæ placeant, alliciatque dolor;  
 Flebilibus deducta notis operosa voluptas  
 Nos trahit in luctum, deliquisque beat;  
 Visere si liceat redivivis manibus auras,  
 Heroum plaudat casibus umbra suis;

At

At quemcumque canes, animatus A polline vivet;  
Debeat exitiis, sic potuisse cani.

### DE MEIS AD EUMDEM EPIGRAMMATIBUS.

Parva damus Magno, sumas Tu parva libenti  
Mente, etenim magnis parva placere solent;  
Seu bona, seu mala sunt, animum perpendito dantis;  
Ex animo dantis res data pondus habet.

### AD EUMDEM

Si Vates proprium possunt sibi condere Regem,  
Tu Regis titulos, juraque solus habe.

### AD EUMDEM

Qui ingenium Divine tuum & cælestia sperat  
Mortali demens dona referre stylo.  
Conscendens vetitum velut Jcarus alter olympum,  
Se submersuris nomina debet aquis.

### AD EUMDEM

Beata qualem Corduba Senecam canit,  
Superba talem obstupet Metaftasium  
Vienna; Vatum mater quin ipsa, & Virum  
Invicta Roma, cuius in sinu prius  
Tam magnus Heros Lac,& aerem bibt,

Ejus

Ejus coronâ tecta virginum caput  
 Pelasgo supra nomina attollit pedem;  
 Nihilque cedens Cordubæ & Græcis nihil  
 Æternitatem spondet à Nato sibi.

## EIDEM

## THEATRI JITALICI ORACULO.

Qui tot digna cedro scripsisti Drammata, Scænæ  
 Ecquis Te Jtalicæ, Te neget esse Patrem!  
 Ut Te præpono cunctis, sic comparo nullum  
 Vatibus ex Jtalis, Maxime Petre, Tibi  
 Crediderim Tragici luctus, legesque cothurni  
 Ex te posse ipsam discere Melpomenem.

## DE NICE METASTASII.

Nice Metastasii carmen juvenile, perennem  
 Accepit famam, nec minus ipsa dedit.

## IN EFFIGIEM EJUSDEM

Effigies hæc Metastasi est: pectoris artes  
 Dramata demonstrant, nobile Vatis opus;  
 Has si pinxit afflatus Numine Pictor,  
 Humana facie pulchrior illa foret.

Quod

## AD EUMDEM

Quod Metastasi antistas in carmine Musas,  
 Nominis hoc secum fert anagramma tui  
 Omen id Augustum, divinis versibus implet,  
 Quum scribis calamum ponit Apollo suum;  
 Appluit ipse quidē numeros Tibi Cinthius olim;  
 Nunc a te vero carmine poscit opem.

## DE EODEM

De Metastasio nil possum dicere dignum  
 Hoc nisi: sunt scriptis verba minora tuis.

## DE EODEM AD LECTOREM

Nulla alia è nostris laudas si carmina libris,  
 Hæc nolis, velis, est esse necesse bona,  
 De Metastasio nam quæ bona carmina canto,  
 Jllius horum umbras irradiat Genius.

## AD EUMDEM

Omnia cum dixi, nondum Tibi debita, Petre,  
 Dixi, in Te dicto dicere cuncta quo.

## AD EUMDEM

Invictus Sophocles, sed Tu vicisse Sophoclem  
 Diceris, hæc solo Laurea digna Deo est.

AD

EPIGRAMMATUM  
AD EUMDEM

Ingenii Phœnix si quis Te dicere tentet,  
Hoc tentet nunquam quod potè perficere est;  
Credo equidem nec Te sat Te laudare valere,  
Usque adeo exemplis omnibus exsuperas.

## AD EUMDEM

Melpomene ò anima, & corclum, Vir die, Sophorum.  
Sit celebris, qui Te vult celebrare, decet.

## DE EODEM

Culta para Metastasio; Ille est alter Apollo  
Qui solito hunc laudat more, malignus crit.

## DE EODEM

Da Phœbe Metastassium,  
Est litterarum satis.

## DE EODEM

Divinum sapere & loqui Deorum est,  
Quæ Metastasius sapit canique  
Divina omnia. Non homo ergo, non est  
Mi Metastasius: est genus Deorum.

AD

IN

## IN POEMA

mihi ab Eodem Autore dono missum  
Varsaviam.

**Q**uis te Cæsarei Poema Vatis  
Jussit Varsaviæ venire ad Urbem?  
Unde unde hoc lepidum pedem tulisti;  
Fallor an mihi te recens Sophocles,  
Metastasius ille, Tusca Siren  
Misit Mnemosynum sui favoris?  
Salve o Cæsarei Poema Vatis,  
Fœtus Cæsarei tenelle Vatis;  
Ut te conspicio lubens! ut illis  
Tuis delitiisque gratiisque  
Frui gestio! quam juvabit illas  
Tam dulces Veneres deliciasque  
Basiare micantibus labellis!  
At Tibi bene sit, recens Sophocles.  
Per quem mi licet esse tam beato.

## AD EUMDEM

Thebanus quondam Amphion, & Thracius Orpheus  
Traxerunt fidibus saxa nemusque suis;  
Sed Theresiacas toties qui mulseris aures,  
Plus illis constat te potuisse viris.

( D )

DE

## DE EODEM

Quando Metastasio laudes conarer, Apollo  
 Mi Ridens ambas vellicat auriculas  
 Et quid ait tentas? tua plectra DURINE reconde,  
 Aoniam supra vir volat Ille Lyram;  
 Nulla favilla potest isti dare lumina Soli,  
 Omnia qui radiis lustrat opaca suis,  
 Arduus adjectâ mica non surgit olympus,  
 Parvula tam vastum nec mare gutta juvat.  
 Hunc sua jam dudum vexit super æthera virtus  
 Livida seu nolit, seu velit invidia.

## DE EODEM

## AD POETARUM OSORES

Vos o perpetui Musarum nominis hostes  
 Ad Metastasii carmina dia voco.  
 Dispeream, si non mentem ejurabitis aspram,  
 Ni rerum & vobis prima Poesis erit.

## AD EUMDEM

Septem Mæonides certantes reddidit Urbes,  
 Illum dum jaçtat quælibet esse suum.  
 Tu facis Aonias studiis contendere Musas  
 Dum carus cunctis, Maxime Petre, canis:

Te

**T**e vult Melpomene, tragico si digna cothurno

Verba Sophoclæo grandia ab ore tonas;

Montibus & sylvis Nymphas deducis agrestes,

Si memoret flamas Nicia amata suas.

**I**nter Pierides alter tu Cynthius, ille

Divisum tecum detinet Imperium,

**I**n Grajos Latiosque sonos sibi jura reservat;

At tibi in Italicos sceptrta gerenda dedit.

### DE EODEM

Etrusci micat Arbitr Theatri

Metaftasius, Italæ Camenæ

Gloria, Urbis Apollo, qui Poetas

Et Græcos simul & simul Latinos

Vincit ingenio, peritiâque.

### AD EUMDEM

**S**alve o Drammaticæ Magister artis,

O nostri Euripides, decusque secli,

Præstans eloquii nitore Tusci,

Phæbo ac Mercurio caput sacratum;

Qua Te laude feram, haud scio, quid ergo!

Cum nescire reor, probè scio tunc.

### DE EODEM

Dum Metaftasius divino carmine nuper

Saxa, feras, volucres attrahit, & nemora

( D 2 )

Mi-

Miratus Titan, ait, aut non occidit unquam  
Orpheus, aut alium Calliope genuit.

DE EODEM CELEBRANTE M. THERESIAM  
IMPERATRICEM.

AUGUSTAM toto venerari p<sup>t</sup>ctore nostri  
Muneris est, dignè sed celebrare Tui.

DE MORBO DIVÆ MARIAE THERESIAE

Tentavit Mariam Morbus, nec sustulit; unde?  
Tam Sanctam vidi; credidit esse Deam.

AD EAMDEM, ET AUSTRIAM  
IN EJUSDEM MORBO

Ægrotas, moritur, revales Theresia? vivit  
Austria; sic fato statque, caditque Tuo.

DE EADEM

Roma suos Patriæ Patres Mavortia jactet  
Quam Patriæ Matrem en Austria jactet, habet.

VISA MARIA THERESIA HÆC CECINI

Quod dudum in votis fuerat divina tueri  
Sors dedit Austriacæ Lumina Theresiæ;

MI

( D + )

Elo-

Eloquar? an mage sunt facunda silentia? Musæ

Quam tenues cantus? stridula canna tace;

Vel si tantus Amor magnam dixisse Theresam

Alta tibi sociam sic tuba præstet opem.

Quam sese ore ferens! quam forti pectore, & armis!

Credo equidem, nec vana fides, genus esse Deorum;

Arguit ingentes animos Augusta verendi

Majestas vultus; mediis Tritonia bellis,

Aut canibus nemora, & montes Diana fatigans,

Sic oculos, sic ora ferunt,hic spiritus illis.

#### AD EAMDEM

Reginas superare tuis virtutibus, haud est

Mirum; Te Reges vincere posse novum est.

#### DE EADEM

#### IN COMITIIS UNGARICIS

Ausibus Hærois quid quæris Amazona? Cerne

Theresam; haud major Penthesilea fuit.

#### DE EADEM.

Vis decus, & cunctam virtutem dicere? Dictum

Hanc si Theresam dixeris, omne putas.

#### DE

## DE EJUSDEM INSIGNI PIETATE

Orbis si pietas anima est, AUGUSTA, fidesque  
 Totum, qui colit hanc, orbem animare, valet,  
 Sic Tu nos animas pietate piissima Princeps,  
 Exemploque pios nos facis esse tuo.

O Decus eximium! nimurum maxima laus est,  
 Cum Princeps alios quod jubet, ipse facit.

## AD EAMDEM

## DE DIE EJUS NATALI

Cum redit illa dies, magni quæ conscia partus  
 Austriadum sacro Te dedit Imperio;  
 Hic Tibi longævos deposit Nestoris annos ,  
 Ille Sybillinas optat Olympiadæ.  
 Errat uterque tamen; nec scit quid postulat; annos  
 Addidit æternos iam tua Fama, Tibi.

## DE EJUSDEM MORBO VARIOLORUM

Miraris tantus cur Cælo defluat imber,  
 Juppiter & celsâ defuper arce tonet;  
 Theresæ morbum dum non sat Cæsaris aula  
 Materie lacrymas exsuperante, dolet  
 Ipse suo tonitru & pluviis succurrit olympus,  
 Unaque causa Homines tangit, & una Deos.

DE-

DE CELSISSIMO PRINCIPE KAUNITZ  
PRIMO DIVÆ THERESIÆ ADMINISTRO.

Dextra Theresa Dei est; Tu Kaunitz Dextra Theresæ es;  
Imperium frustra fata sinistra timet.

## AD EUMDEM

Quod tanto te dignetur Theresia honore  
Gratuler? an quod sis dignus? utrumque licet.

## DE MARESCHALLO LAUDON

Laudonii auditâ famâ Mars astras reliquit  
Visurus tanti Martia facta viri,  
Quæ simul ac vidit, repetivit protinus astra  
Ne sedem, metuens, occupet Ille suam.

## DE EODEM

Cedite vos Latii Heroes, vos cedite Graii  
Hinc procùl, & fastum penite quisque suum  
Quidquid virtutis latuit sub pectore vestro  
Sparsim; Laudonius credite solus habet.

## DE

## EPIGRAMMATUM

DE CELSISSIMO PRINCIPE VENCES.  
LIECHTISTEIN

DEQUE ARMAMENTARIO  
VIENNÆ AUSTRIÆ.

Armatum superos inter ne quærite Martem;  
Hic agit, Austriacis aptat & arma suis.

DE MARESCHALLO LAUDONIO

Ut Solis Iucere, Poli Terræque videri  
Perpetuum unius est vincere Laudonii.

I N A D V E N T U M

Josephi II. Rom: Jmp: semper Augusti.

C Larius Ausonias arces cur lumen inaurat?  
Cæsar adest, quo nil clarus orbis habet.  
Cur tormenta tonant? resonat cur plausibus æther?  
Urbs sibi jam priscum gaudet adesse Titum.

ALIUD.

Sacram Urbem majore stupes qui luce micantem,  
Et magis illustrem quam prius ire diem;  
Gustodem Imperii, Custodem Gentis Etruscæ  
Aspice, & a gemino Lumine lumen habe.

ALI-

## ALIUD

Cæsar adeſt, properate citi, properate Quirites;

Regales nullus stat metus ante fores:

Blanda oculos lenit Majestas, votaque vultu

Audit, quo Superos Ipſe rogare ſolet:

Est pietas, quo ſæva fuit ſuſpectio quondam;

Aures ipſa puto limina Patris habent.

## CUM RENUISSET CUSTODIAM MILITUM

Cur nullo incedit ſtipatus milite Cæſar?

Cur renuit vigiles? caſtra ſibi ipſe facit.

## CUM INVISERET CAPITOLIUM.

Unde novâ rident Capitoli limina pompa?

Augusto Cæſar lumine Tecta beat;

Aspicis æternos Veterum gestire labores,

Gliscere lætitiâ ſaxaque & æra vides:

Credibile eſt, ut Te valeant JOSEPHЕ tueri,

Heroum Manes huc properaffe virum.

Dum septem geminis, Cæſar, Te collibus infers,

Roma recens Româ eſt facta priore prior.

(E)

DE

SUS

## EPIGRAMMATUM

DE EODEM  
CUM URBEM ADISET IGNOTU.

Jgnotus Latiæ quamvis successeris Urbi ,

Urbs tamen Jmperii sensit adesse jubar.

Frustra te occultas Cæsar; si haud noscier optas,

Ara Tibi *ignoto* surget ubique *Deo*.

## EUMDEM ROMA ALLOQUITUR

Es similis Matri: de Te mihi dicere plura

Nil opus est, Matri Te similem esse, sat est.

## AD EUMDEM

Quod Tua sit Mater, Magnæ laus magna Theresæ est,

Quod tantæ Matris Filius, hæc Tua laus.

## AD EUMDEM

Nostra homines priscis coleret si moribus ætas

Non Tibi tempa Timor, tempa dicaret Amor.

## PORTUNUS DE LEOPOLDO NAVIGANTE.

Nusquam abero, donec Leopoldum littore sistam ,

Qua se Arnus rapidis in mare fundit aquis :

Cede Pater Neptune, Uni parere necesse est,

Etrusco posthac serviat unda Jovi,

SUB

## SUB EJUSDEM STATUA

Tuscâ verendum quem tueris Principem  
 Cinctum Coronâ, Leopoldus est Theresiæ  
 Prognatus, Arno quo imperante reddidit  
 Astræa lato sæcla rursus aurea.

## AD EUMDEM

Nil opus est sanctas Tuscis ediscere leges,  
 Nec Tusco improbitas erret inulta solo ;  
 Præcipe virtutum specent documenta tuarum ;  
 Hæc feret ad mores semita certa pios.

## AD EUMDDM

Adsistant, Leopolde, Tibi dum consulis Arno,  
 Hinc illinc comites Gratia, Justitia ;  
 Præscribit rigidè fervandas Altera leges,  
 Altera fert miseris subsidium Populis  
 Te similem facit Illa Tito, facit Illa Severo,  
 Utraque Te similem sed facit esse Deo.

## AD EUMDEM

Si Forma quæ Te exornat oris Austrii  
 Quacumque pergis, detinet  
 Vi rapta dulci transeuntum lumina ,  
 Leopolde, quo affici putas

( E 2 )

Sen-

Sensu, absolutam cernit in Te imaginem  
Qui ex omnibus virtutibus.

DE EODEM ET SERENISSIMA  
EJUS UXORE.

Quales Tyndaridæ duo lucida sidera Cæli  
Solantur trepidis anxia corda viris  
Cum maris horrisoni tumidis ferit unda procellis  
Surgit, & in laceram Cauro animante ratem;  
Tales Austriadæ Regum genus aurea Floræ  
Sidera, & unanimis copia fida Tori  
Æquora Tuscorum Borea perflante Notoque  
Solantur populi pectora uterque sui.

SUB EJUSDEM IMAGINEM


Celsa Leopoldi effigies, est cætera longum  
Dicere, Tuscorum pectora & ora roga.

IN EAMDEM

Hæcce Leopoldi est facies, Jove digna vel ipso,  
Juppiter est Regni nec minus ipse sui.

AD EUMDEM

Te primum Leopolde, regis, populum inde secundum  
Nam facienda jubes, atque jubenda facis.



EPI-



# EPIGRAMMATUM LIBER II.

DE CHRISTOPH. COLUMBO

Primo Americæ Inventore.



T Empore diluvii posset num forte videri  
Tellus, quæsitum missa Columba fuit,  
Trans mare quæsitum terras sic non fuit alter  
Aptior hoc mitti; nempe Columbus erat.

API-

## APICULA PUNGENS LISULAM

Quid Lisa insontem quem fecit apicula, morsum,  
 Laesa dolesque levi labia aculeolo?  
 Non mirum est quod pungat apicula rubra labella,  
 Nam tua qua<sup>e</sup> pupugit credidit esse Rosam.

## DE SORBONA

Debeo materiem primam Sorbona Roberto,  
 Sed formam Magno debeo Richelio.

## MUSARUM CONTEMPTUS

Obvius Augusto Vates pauperculus olim  
 Carmina porrexit pauca manu trepidâ;  
 Verba per Aonias rursus bene juncta Puellas  
 Porrexit Cæsar carmine pro exhibito;  
 Quæ laudans, perâque duos e paupere Vates  
 Dans Augusto obolos, Talibus alloquitur:  
 Plus tibi donarem si plus bone Cæsar haberem,  
 Me placuisse tuos sat Tibi versiculos.  
 Augustum vicit festiva modestia Vatis,  
 Ut nummum Vati millia multa daret  
 Occidit Augustus Musæ; simul occidit cheu  
 Vester honos, optat carmiua nemo hodie  
 Nemo legit, nemo exiguâ mercede rependit,  
 Fallor? an & nemo carmine digna facit;

Aut

**A**ut nemo aut pauci faciunt; hoc scilicet hoc est, I . M  
**Q**uod nemo, aut pauci carmina digna canunt.

### DE INTEGRITATE & SIMPLICITATE

**A**ltum alii sapient quibus est mens altior æquo,  
**V**erutique crepent dotibus ingenii  
**U**nica mî faveat sitque o comes una fidelis  
**S**implex integritas, integra simplicitas,

### DE URBE PARISIORUM

**S**i compendium aves totius cernere Mundi  
**A**spice Parisios, Orbis & instar erunt.

### ALIUD

**P**arisium si quis peregrinus nobile spectat  
**A**mbigit an facies Urbis? an orbis adest.

### DE ROMA

**E**rras si veterem Romam vis quærere Romæ  
**Q**quam quæris Romam non tibi Roma dabit.

### REGUM ARCANA

**N**e temere Regum quæras arcana, memento,  
**H**is qui se miscent; hos Labyrinthus habet.

DE

ME

M. LIV: DRUSUS DOMUM UNDIQUE  
PERVIAM AC PELLUCIDAM OPTANS.

Exoptat Drusus patulas quas incolit ædes,

Ut pateant vitæ cuilibet acta bona:

Undique jam clausas ædes sibi quilibet optat

Ne pateant vitæ cuilibet acta malæ.

MORIONES MAGNATUM

Magnates cænâ ne forte tacenda loquantur

Morio discursu liberiore vetat.

MEL IN ORE, FEL IN CORDE

Fel proprius cordi est, quam linguæ, fallor? an inde

Fellea cor spirat, mellea lingua refert?

AN TERRA MOVEATUR?

Stare quid addubitas cælum, terramque moveri,

Si terrena ruunt, cælica Regna manent.

IN ORATOREM SUB HABENDA CORAM  
ME ORATIONE PRÆ NIMIO ANGORE  
CREPITUM VENTRIS EDENTEM.

Postquam obmutescit, podex ex tempore fatur,

Fungitur & pro Te Rhetoris officio.

ME

DE

## DE MACHIAVELLO

Quilibet hunc culpat, docuit quia turpia factū;

Sed cur quæ docuit, Quilibet illa facit?

## IN ALCHIMYSTAM

Absentis cupidus præsens cur decoquis aurum?

Certius est quod habes, quam quod ab igne petis.

## LIBRI

Sunt libri muti Doctores, suntque Magistri,

Plurima qui scitu digna tacendo docent.

## DE IISDEM

In vitâ mallem gemmis auroque carere,

Quam quibus oblector, nocte dieque libris.

## IN SALUTIBIROS

Semper in alterius potat quicumque salutem,

Haustibus immensis destruit Ille suam.

## IN EOSDEM

Exhaustis poclis aliis optando salutem

Vis prodesse, noxes ipse bibendo tibi.

(F)

PSIT.

## PSITTACUS

Si cernis corpus volucrem me dixeris esse,  
Audis si vocem dixeris esse hominem.

ALPHONSI REGIS ARRAGONIÆ DICTUM  
DE SORTE PRINCIPUM

Sors Asini melior quam Princis esse videtur,  
Ille quiescit dum ceperit ore cibos.  
Hunc semper turbant aliena negotia, sive  
Prandet seu cœnat, nec datur ulla quies.

JNS. MELITÆ NULLA VENENATA ANI-  
MALIA PROFERRE DICITUR.

Cur quæ virus habent hæc non animalcula tellus  
Procreat? hic homini virus habere sat est.

## AD PANSILYPUM, CUM DISCEDEREM

Pansilypi colles, & candida Mergillina,  
Vos ego, vos udis deserо luminibus;  
Ast si fata meas sequerentur prospera Leges  
Hac agerem felix, hac tumularer humo.

## DE HERACLITO ET DEMOCRITO

Flente Heraclito, Democritus omnia ridet;  
Magni sunt stulti, sint licet ambo Sophi.

DE

**DE SALVATORE ROSA PICTORE  
ET POETA.**

Salvator Rosa pictor erat, fuit atque Poeta,  
Nobile pinxit opus, nobile scripsit opus.

**DE VENERE MEDICÆA**

Marmoream hanc Veneris statuam ne cerne viator,  
Frigida quantumvis sit Venus, urit adhuc.

**CUR MEDICI DICANTUR EMPIRICI**

Nomen habet Medicus scis cur Empiricus? ægros  
Quos visit, cunctos mittit ad Empyreum.

**AD NERONEM**

**DE URBE ROMA INCENSA**

Ufisti Romam. Justissima pæna! requiris  
Quare? quod te non usserat illa prius.

**DE SOCRATE ET XANTIPPA  
EJUS UXORE.**

Dum Xantippa diu cum Socrate litigat uxor,  
Ipse fores tandem consulit impatiens  
Egressum foribus merdâ perfundit, at ille  
Nimbus ait sequitur, sat scio, post tonitru.

VI

( F 2 )

ME-

## MELITA

**E**niferi Melite gaudens tutamine Pauli

Sacro barbaricas dissipat ense rates,

**N**e pete, Turca, suis te quomodo terreat armis,

Te simul ense, suâ t. fugat Illa Cruce.

**I**N QUEMDAM HUJUS SÆCULI SCRIPTO--  
REM ALIOQUI INSIGNEM, QUI CUM  
ÆGROTAT PIUS EST, CUM BENE HABET  
IMPIUS EST.

Ægrotans pius es, vix sanus es, impius idem es  
Sus redit ad cænum lota, canis vomitum.

## IN VINO VERITAS

Si latet in vino verum Pollonia certé

Præ reliquis terris pectora vera dabit.

## IN CÆSTUM CAPONEM MUSICUM

Dic mihi quid nunc sis? cum non sis fæmina, nec Vir,

Nec puer, aut virgo, Cæste, nec Androgynos:

Esse virum te, Cæste, jubes me credere, verum

Hoc mihi non ullo teste probare queas:

Perfectam interea dedit imperf. Cio vocem,

Nunc tantum vox es, prætereaque nihil.

IN

## IN ALCUMISTAM

Dum lapidem quæris, dum purum prodigiis aurum  
Factus es infelix dilapidator opum.

POLLIO UXOREM SUAM E NAVI IN  
MARE ABJICIENS

Tristi naufragio ne navis onusta periret,  
Nauta monet ponto mergere sarcinulas;  
Tum simul uxorem dat Pollio fluctibus, ajens,  
Tu gravis una mihi sarcina præ reliquis.

## AD CRISPUM

Probationis annus ut Monachis datus,  
Ita si daretur Crispe conjugibus novis,  
Fierent profecto conjuges paucissimi.

## CUR EBRII LABENT

Cur cadat inquiris gens ebria, Pontice? dicam  
Gens vinosa fuit semper amica cado.

## CUR VENERI DILECTUS ADONIS

Scis cur tam fuerit Veneri dilectus Adonis,  
A donis siquidem nascitur omnis amor.

-IV-

IN

## INDUAMUR ARMA LUCIS

*Paul: ad Rom: 13.*

**Arma** jubet lucis cur nos assumere Paulus?  
**Acria** sunt nobis prælia cum tenebris.

## DE DIDONE

**Æneâ** quondam veriente vocabar Elisa  
**Elusa** **Æneâ** nunc abuente vocor.

## CANON AULICORUM

Hic aulæ Canonum primus celebratur, OPORTET  
 CREDERE, res ita non sit licet, esse tamen,  
 Si Muscerda piper, Rapæ Pyra, merda Butyrum,  
 Dicitur, id cave sis velle negare, nocet!

## L'VOMO PROPONE, DIO DISPONE

Omnia cum tentas, superis parere memento,  
 Prop osuisse hominis, dispositisse Dei est.

## FIDES

## SINE OPERIBUS MORTUA EST

Scire tuum nihil ut nisi toto ex pectore credas  
 Id nisi tu facias, Credo tuum nihil est.

Nunc tantum vox es, dico te deo.

IN

VI-

**VITA CURA OMNI**

Vita quid est, morbus; sensus, sunt ulcera, quini

Velle, paroxysmus: mors medicina mali.

**BONUS AULICUS**  
**MALUS CHRISTIANUS**

Aula Deum raro, modicum vel curat, in aula

Qui vivit, raro vix bonus esse potest;  
Sæpius in caulâ plus est pietatis; in aula

Qui malus est, bonus est, qui bonus est, malus est.

Vis brevius dicam? nec longo carmine? in aula

Ille etiam malus est, qui bonus esse potest.

**DEFINITIO AULICI**

Aulicus est animal varium, miserabile, mendax

Cuncta timens, & inops, ambitione tumens.

**SANCTA SIMPLICITAS**

In sacris simplex crede; haud ita crede prophanis,

Fulcitur sanctâ simplicitate fides.

**ROMA, AMOR MAUT**

Roma videtur amor; Deus est in utroque videndus,

Ambobus mundum vincere posse dedit.

NE-

## NEMO FACIENDUS. INIMICUS

Maximus esto: tibi parvum ne feceris hostem,

Nam vexat parvus corpora magna pulex.

## AD CHÆRILUM

Ad cocholata tuum invitás me Chærile semper,

Vis semel ut dicam quod volo? non veniam;

Non cocholata tamen credam Te ut vivere pravo,

Quis sit vestrarum, sat scio luxus opum.

Tam cocholata bonum timeo mihi Chærile ponas,

Forte domi ut nunquam sumam ego deinde meæ.

## De Imagine Virginis DEI MATRIS

In Claro Monte ad Czeſtochoviam

Miraculis clarissimâ

Ad R. P. Fridericum Strauch Capellatum

S. R. M. & Custodiæ Camp:

Reipublicæ Polon:

EX JLLIS VERBIS:

RUBUM QUEM VIDERAT MOYSES INCOM-

BUSTUM LAUDABILEM AGNOVIMUS

TUAM S. VIRGINITATEM DEI

GENITRIX.

V Idit in Horebi flagrare cacumine dumum.

Dilecti Moses Duxque, Paterque Gregis;

Quem

Quem Deus in columnam rutilo servabat in igne,

Nec poterat virides pascere flamma comas.

Fas Czestochovii nobis in vertice montis

Aspicere effigiem, Maxima Virgo tua;

Quae licet intacta Gnatum conceperis alvo

Post partum illas virginitate manes.

Felices tanto dignati Numine montes,

Hilie Deo clarus, hic Genitrix Dei.

In D. Comitissam Opeskam elegan-  
tissimæ formæ Matronam

Admirabili Martelli Penicillo  
Expressam.

Si te Priamides vultu vidisset in isto,

Tu poteras ternas vincere Opeska Deas.

IN EAMDEM EJUSDEM

Martello gratare tuo pulcherrima Opeska,

Jam primas formæ non feret alma Venus.

( G )

IN

IN OBITUM  
CAROLI INNOCENTII FRUGONI  
Poetæ Itali celeberrimi.

Multa super magni lacrymantem morte Frugoni  
 His me compellant vocibus Aonides;  
 Quid fles stulte? aliis sublimi carmine vitam  
 Qui dedit, hunc credis jam potuisse mori?  
 Non ita, sed vivet dum carmina Tusca legentur,  
 Inque suis Musis Ille superstes aget.  
 Fallitur Aonium præclaro nonine Vatem  
 Quisquis pacto ullo posse perire putat.

EJUSDEM EPITAPHIUM.

Ut mortem est aptus Vatum Pater Ille Frugonus,  
 Squallent cum Charisin Divæ Heliconiades;  
 Tum se desertam lacrymatur Tusca Poesis,  
 Martellique simul collacrymant numeri.

IN EJUSDEM OBITUM

Præbuit alma tuis Gens Itala cantibus aures,  
 Sive levi caneres pollice, sive gravi:  
 Te Cycnū Parma alma suum, *Fernansque* vocabat  
 Te Te Meoniden, Virgiliumque suum.  
 Nunc cadis: heu grandi viduatur Italia Vate!  
 Vate suo *Fernans*, Parmaque olore suo.

EPI-

EPITAPHIUM EJUSDEM  
AD MUSAS.

Heic Helicon, Musæ, Frugoni effloret ab urnâ,  
Ascra Poetifico prosilit heic latice ;  
A me ne Divæ ne Grajum quærite fontes ,  
Cuncta isthæc isto Parma tenet tumulo.

AD EASDEM ET GRATIAS.

Frugoni ad tumulum Pindo appropriate Camænæ,  
Gratiæ & usque ipsâ accurrite Acidaliæ  
Jllis ingenii. Vobis sed læta leporum  
Copia Frugoni funere commoritur.

AD POETAS ARCADES

Pizzi, Petroseline, Musici alites,  
Quos sacra luco laurus Arcadum tegit,  
Et læta concinentium audit carmina,  
Lugete divini alites, & candidas  
Mutate nigris cantilenas næniis.  
Ego Jlla vestra Libethri in ripis Soror  
Parmâ usque Tibris nuncia advolo vada;  
Eheu! doloris impotentis nuncia,  
Narrans fuisse maximum Frugonium:  
Jlle ipse vixit ah! Lacusque pallidos  
Nunc potat undâ longiter Permesside;  
Nec jam suis Melismas in velvet prius

( G 2 )

Vos

Vos Ille delinibit immortalibus.  
 At vos pii summo Poetæ ducite  
 Funus volucres, næniâque flæbili  
 Sonate lessos, donum amoris ultimum.

### IN TUMULUM EJUSDEM

Frustra es, Castalium Musas qui quæris ad amnem,  
 Triga suum hic triplex heic habet hospitium.

### IN TUMULUM EJUSDEM

Pellax furanimæ Siren dulcedine vocis,  
 Semper & hyblæis ebria lingua favis,  
 Attica quotque Venus habet, & quot Tusca lepores,  
 Quosque suos vellet ipsa Minerva sales,  
 Cumque suis doctæ plectris & Apolline Musæ,  
 Hâc quâ Frugonus contumulantur humo.

### MANES FRUGONIANI

O venæ Pater aureæ,  
 De Sanctis, Italæ dulce decus lyræ,  
 Jdemque haud minor arbiter  
 De Sanctis veterum pectinis Aufonum,  
 Aufer cuncta opera, & meis  
 Nunc quæso gemitum junge doloribus,

Dum

Dum manes cieo facros  
 Frugoni, superis fedibus additi  
 Et damnum fleo flebile  
 Musis, Parrhasio flebile cætui,  
 Jllum dum lacrumabili  
 Raptim prosequor & concino næniâ ,  
 Mæstum tu quoque pectinem  
 Tende, & luctificas increpita Deas,  
 Quod sic de subito truces  
 Tanti fata viri præcipitaverint,  
 Cui Tusca veneris lepor,  
 Et linguaæ arbitrium cesserat Italaæ,  
 Quem desiderii impotens  
 Surdos nocte, die efflagito cælites.  
 Ac tu succine lugubres  
 Lessos, instrepitanti mihi:  
 Mœrorem quærimoniæ,  
 Et planctus miseris ipse levamen est,  
 Quod vel Deiphobes anus  
 Dignum surpuerunt vincere pulverem.

**IN EJUSDEM**  
**EFFIGIEM, ET SCRIPTA**

Plena Deo facies, pectus probitate, fideque,  
 Tu Phœbi genium, magne Frugone, refers:

Vi-

Viventis nuper Phœbus grandi ore locutus  
Ne taceat, dicit jam tua metra loqui.

## ALIUD

Extinctus viva est Charitum Frugonus imago,

Vivit adhuc, vitam qui dederat Charisin

## EJUSDEM EPITAPHIUM

Frugonus situs hic; lacrymis ne parce viator,

Terna Charis jacet hoc, ter terna Camœna sepulchro.

# CAROLI JNNOCENTII FRUGONI

## Memoriæ.

Inter honoratos Clio Frugonia manes

Venit in Elysium nobilis umbra nemus,

Plauerunt læti Vates Græci atque Latini,

Quique olim Etruscos concinuere modos;

At Pater indoluit graviter Martellus & udis

Fata querebatur tristia luminibus,

Non ille ereptos tamen indignatus honores,

Non decus Etruscæ non titulum cytharæ:

Frugoni mœrens gemuit morientis in uno

Funere Pierides occubuisse novem.

IN

IN LAUDEM FÆMINARUM DOCTRINÆ  
LAUDE JLLUSTRIUM.

Mascula præteriti subsidit gloria sæcli,  
 Quæ decus a sexu transtulit omne meo,  
 Transfuga fœmineum grata vice pergit in orbem,  
 Pallas & assuetos tædet amare viros ;  
 Jusque dedit nitidos sexus extollere vultus,  
 Pulchricomumque polis exeruisse caput ;  
 Et fastiditas substricto corpore zonas  
 Solvere, & indigno pensa diurna colo :  
 Scilicet æterni generis mens ignea, solis  
 Nescit barbigeris subdere colla togis ;  
 Alternat sexus, dubiosque refigit honores,  
 Fœmina jamque tenet, quod fuit ante viri :  
 Sic periit tumidi pridem reverentia menti,  
 Canaque nil prisci tempora juris habent.  
 Linquimur, & sexum laus sit mutare priorem,  
 Fœmina dum vincit, jam pudet esse viros.

DIVÆ AMELIÆ DE BRUHLL COM:  
DE MNISZECH.

Seu fide, seu tenera resonum quatis aera voce,  
 Velave peniculo, linave pingis acu,  
 Numen habes, nova Pallas in hoc, nova Dædala sæclo  
 Et Venus è labiis spirat aperta tuis ;

Brhyl-

Brhylla potens facie, sed Brhylla potentior arte,  
Ars Tua vivificat, quos Tua forma necat.

## AD SACRUM ORATOREM INSIG.NEM.

Æthereis cum te video succendere flammis  
Pectora; & iratum conciliare Deum  
Hæreticos contra, cum summi verba Tonare  
Numinis, & sanctas ore ciere minas,  
Tunc ego te admirans felicia tempora clamo  
Lætus & ætati gratulor inde meæ:  
Namque quod optanti non contigit *Augustino*  
Orantem *Paulum* sæcula nostra vident.

DE THERESIA AGNESIA VIRGINE  
MEDOLANENSI ERUDITISSIMA

Si Musam decimam Sappho perhibere vetustas  
Ausæ est, undecimam quis neget Agnesiam?

## DE SACRO ORATORE DOMINICANO

Cum vigiles, latres, Christi tucaris ovile,  
Et stygios studeas ora fugare lupos,  
Non video quo te melius quis nomine donet,  
Quam si te Domini dixerit esse canem.

Diphyl-

IN

IN LAUDEM EXCEL: D. CLELIÆ  
COMITISSÆ BORROMEÆ

Frangeret ingenii ut fasces, fastumque virilis  
Hanc natura Viris omnibus opposuit.

## DE THERESIA AGNESIA

Argolici vitam Vates tribuere Lacænæ,  
Vatibus hæc poterit sed dare Virgo suis.

EIDEM

Prisca novem Musas, nostra Unam sæcula jactant,  
Eminet ast alias hæc super Una novem,

## DIVÆ AMELIÆ DE BRUHLL

Si nos Pythagoræ non fallunt dogmata, corpus  
Intrarunt Pallas, Juno, Venusque tuum.

EIDEM

Multum amet, ingenii nec sit vulgaris oportet  
Ex merito qui te laudet, ametque tuo.

## DE MATRONA

Dicit te speculum formosam, fama pudicam  
Mentitur speculum nil tibi, fama nihil;

( H )

Fa-

Fama malum quo non aliud. velocius ullum,  
Ausa tamen de te nil mala fama loqui:

## DE THERESIA AGNESIA

Græcia Pierides satis est jactasse novenas;  
Insubrica ecce refert Pieris una novem.

## DE EADEM

Fœmineus sexus quod possit masculus esse,  
Masculus & contra, credite, fœmineus,  
Exemplum nobis Agnesa est: extitit ipsa  
Externâ specie Virgo, Vir ingenio.

## DE EADEM

Credidimus priscis cum Vatibus ante novenas  
Parnassi Musas; prodiit en decima;  
Addita nam Musis decima est Agnesa novenis;  
Ecquis jam Musas dixerit esse novem?

## DE EADEM

Fallimur in numero; numeravimus ante novenas  
Dumtaxat Musas, prodiit en decima.

## DE

Dicit se Ileccius fortissimum, fons aquae  
Wesilius Ileccius fortissimus sit his dicit  
( H )

DE ELISABETTA DOREL MATRONA  
MELITENSI EXIMIA.

Cum natura tuam mentem formaret, an unquam  
Pulchrior ajebat res mihi facta fuit?  
Ut nimium placuit, non quibat, quia simul ipsa  
Se se in tam pulchrum præcipitaret opus.

DE THERESIA AGNESIA

Ducta Theodosio est a Cæsare virgo Leonti  
Filia, plebejo creta licet genere,  
Ob dotes animi queis tunc præcelluit ipsa  
Nobilis, & linguæ munera rara suæ  
Digna fuit tanto Magnati nubere Virgo,  
Agnesa est ipsis nubere digna Deis.

DE CLELIA COMITISSA BORROMEA

Effigiem Borromeæ speculata Minerva,  
Se putat effigiem cernere Diva suam;  
Mox hæc: ecquid adhuc mea salva tabella remansit?  
Omnia respondent: sit modo nomen idem.

EX JO: BAP: MARINO

*Udito ho' Citeræa  
Che del tuo grembo fore*

( H 2 )

Fug-

*Fuggitivo il tuo Figlio a Te si cela  
E promesso hai bacciar chi te'l rivel'a  
Non languir bella Dca  
Se vai cercando Amore  
Ne'l cercar, dammi il baccio: io l'ho nel cuore.*

## L A T I N E

*Audivi Cytherea tuum Te querere natum  
Indicium præfers, aurea basiolum  
Diva bono jam sis animo. Si queris amorem  
Da mihi basiolum: pectore in hoc habitat.*

## INGRESSUS IN TEMPLUM S. PETRI ROMÆ

*O Divum Domus! o Petri venerabilis ædes!  
O immortali fabrica digna Deo!  
Aerea o moles! æquataque machina cælo!  
Pene sequens Dominum sidera ad alta tuum.  
Æmula Pyramidum, caput inter nubila condis;  
O quam humiles præ Te cætera Templa casæ!*

DE JOSEPHO LANDRIANO OMNI-  
SCIO PATRITIO MEDIOL.

*Quidquid scripserunt omnes, intelligis unus;  
Est immensa Tuum Bibliotheca caput.*

IN

IN FICTOS AMICOS  
AD ALEXANDRUM DE SANCTIS

Luce palam qui me verbis oppugnat & armis,  
Noxius is certe, at noxius est modice;  
Nam sibi collatum quis non obversus in hostem  
Aut fugit, aut certe vim parat atque animum?  
At mihi qui vultu blanditur & ore bilingui,  
Mente tamen tacitas substruit insidias  
Ille nocet, verè ille nocet, fuge candide Sancti  
Invisum superis Dīs caput & stygiis.

## DE STIGMATIBUS S. FRANCISCI

Qui negat æthereo pharetras & spicula amori,  
Franciscum exutā conspiciat tunicā  
Vulnera quæ lato spectabit corpore, divus  
Ignifero quondam fixit amor jaculo.

## AMBROSIUS AD THEODOSIUM

SECUTUS ES ERRANTEM SEQUERE  
PÆNITENTEM.

Duxit in errorem male agendo Regius error,  
Eximet errorem nunc bene agendo dolor;  
Qui fuit errandi, redeundi fiat & auctor,  
Errorem melior tollere nemo potest.

DE

## EPIGRAMMATUM

### DE JMAGINE CRUCIFIXI.

**N**il mihi triste magis patientis imagine Christi,

**C**orde imo hæc longos saepe ciet gemitus:

**N**il mihi dulce magis patientis imagine Christi.

**S**æpe meo hæc affit latitias animo.

### ECLIPSIS CHRISTO MORIENTE

**C**ur Christo moriente Polos nox lurida reples?

**N**on solet clauso sole manere dies.

### DE B. V. MARIA.

**G**ratia quam genuit, quam gratia condidit, ex qua

**G**ratia nata fuit, Gratia tota fuit.

### CRUX CHRISTI

**L**ignum triste, Crucem Veteres dixerunt; sed arbor

**I**n felix, felix sanguine, Christe, tuo est.

### INSCRIPTIO MEÆ DOMUS

**H**æc Domus Insubrico gaudet candore; proinde

**E**s sincerus, Ave, falsus es hospes, abi.

### IN PONTICUM VULGO FREDDUR AJO

**N**imbas Ulyssæo rapidus manabat ab ore,

**O**bloqueris puram Pontice tu glaciem.

IN

A L I U D  
IN VENEREM MEDICÆAM.

Conspexit nudam Venere[m] vol[n]emo, vel Ille  
Huic nudæ statu[m] qui statuit Veneri.

ALIUD

Cum Cypris Floræ vidisset Cyprida dixit.  
Intuitus nudam nunc ubi Praxiteles?

IN NERONEM

O quam dissimili tibi sunt tua testa metallo,  
Aurea quippe domus, ferreus est Dominus.

CHRISTUS SUB CRUCE LABITUR

Te Christe haud ligni, sceleris sed pondera sternunt,  
Nil gravius nostro mundus habet scelere.

DE DAVIDE REGE A CUPIDINE  
SUPERATO

Qui prius immanem fundâ stridente Goliam  
Fuderat, hic nano fusa ab hoste jacet.

A LICETIA

FONS TESSERAS GESTAT.

Non quis sit A[eneas] P[rius] I[ulus] Macr[atus]

D[e]icit p[ro]p[ter]e co[n]tra d[omi]n[u]m D[omi]n[u]m I[usti]a p[er]petua

seq[ue]ntia

TICINI SEU PAPIÆ  
**FONS PELLUCIDUS AD SEPULCHRUM  
 DIVI AUGUSTINI JUGITER FLUIT.**

Exuvias Augustini, venerandaque busta  
 Clara Papia suo dum tegeret gremio,  
 Jlicet ex imo salientem viscere fontem  
 Fudit, & æternâ currere jussit aqua  
 Non potuit melius justæ pietatis honorem  
 Solvere tam Sancto clara Papia seni.  
 Eloquii rivum nequis fluxisse negaret  
 Ore Augustini, jugis hic unda docet.

**IN SACERDOTEM MINUS PIUM**

Sancta mones, nec Sancta facis, pius ipse sacerdos  
 Sis, poterit monitu plus pia vita pio.

**REGES**

Dicuntur falso Reges regere orbis habenas,  
 Rex tenet; at Rector Consiliarius est.

**DE JUSTITIA**  
**A PICTORE QUODAM EXPRESSA**  
**QUÆ ALTERA MANU SACCUM AUREIS**  
**PLENUM, ALTERA TALOS; ET**  
**2NOR TESSERAS GESTAT.**

Non dedit Astreæ Pictor cum Lance Macheram,  
 Desit hocce coli nam Dea justa habitu

Sed

Sed tumidam nummis gestat manus, altera bulgam,

Quod sumptu nullus jus sibi emat modico,

Altera taxillos præfert, quia semper amara

Alca successus litis habet dubios.

### VENENUM VENUS

Per venas veniens veteres dixere venenum;

Jpsa Venus differt quantulum ab hoc etymo?

### HISTORICI MODERNI

Quidlibet audendi Pictoribus atque Poetis

Olim fas: ipsum id jam libet Historicis.

### REIP: STATUS

Publica navigio res assimilata: tumultus

Instabilis vulgi, ventus, & æquor errant.

### IN ANUM FUCATAM

Cum te norim Hecubam; quî te Helenen habeam?

### DE POETA JACTABUNDO

Æmula nullius tua Musa est inquis: eritque

Posthac, ne dubites æmula Musa tuæ.

( I )

PE-

## PECUNIA

Quæ fieri nequeunt, Regina pecunia fecit,  
Omnipotens nummus Numinis instar agit.

## IN CASTRICUM

An sis Romanæ fidei, cum tempore quovis  
Castrice edas carnem, me dubitare facis.

## AD REGES

Tu Rex, regnando regimen sic dirige Regni  
Ut post hoc Regnum, Regna Poli teneas.

## IN POETAM ROMANUM INEPTUM

Pace tuâ dicam, rerum pulcherrima Roma,  
Roma mihi non es, si Tibi Civis hic est.

THERESIÆ AGNESIÆ MEDIOLANENSI  
ILLUSTRUM HODIE VIRGINUM  
PRINCIPI.

Qui videt Augustum, Theresa, Mediolanum  
Si te non videat, nilque, parumque videt,  
Tu sexus illustre tui miraculum es; immo  
A nobis fieri quod Dea nulla vetat;  
Te facimus, Theresa, Deam, Pindoque locamus,  
Nec tibi sint certo sacra negata die;

Te

Te decimam dicant, numerō non æstimō Musas,  
Doctos visa libros scribere prima mili es.

**JOSEPHO LANDRIANO VIRO NOBILIS-  
SIMO, ATQUE ERUDITISSIMO.**

Si perdat chartas injuria temporis omnes  
Quæs æterna viget nobilis Insubria,  
Landriane decus Tu Insubræ Nobilitatis  
Ordine res omnes Tu memorare potes,  
Divinum ingenium! qui tot fers pondera rerum,  
Laudari debes jure secundus Atlas;  
Immo es Atlas primo Tu major Atlante secundus  
Corporis iste valet robore, Tu cerebri.

**DE PULCHRO CUJUSDAM MATRO-  
NÆ FILIO.**

Quis pu er est hic, ajs, tam blandus, tamque venustus;  
Matrem respicias; dixeris est hic amor.

**PRO VERSIBUS IN MEI LAUDEM  
SCRIPTIS.**

Jngenium longè potuit, me laudibus ornans  
Pandere Musa tuum, quam celebrare meum.

EX

**AD ELISABETTAM DOREL MATRONAM MELITENSEM**

Dum pulchram miror, dum te audio dulce canentem  
Nescio plus aures viceris, anne oculos.

**IN OBITUM MARCHIONISSÆ GABRIELI.**

Parcarum facinus quodnam truculentius! una  
Gabrieli obeunt Juno, Minerva, Venus.

**DE ELISABETTA DORELLA MATRONA EXIMIA MELITENSI.**

Ut tua forma parem nunquam Dorella videbit,  
Ingenium, virtus, gratia, fama, lepos,  
Sic meus è tantis causis qui nascitur ignis,  
Fit summus, causæ par sit ut ipse suæ.

**DE EGREGIO CARMINE ITALICO**

**IN LAUDEM**

**VIRGINIS ASSUMPTÆ**

**A CAJ: GOLTIO PAST: ARCADE**

**CONSCRIPTO.**

Exaltata subis rutilans super astra Maria,  
Quam subeunt humeris officiosa cohors;  
Si tamen Aligerum promptissima turba decesset,  
Musa tua ad cælos unica proveheret:

**EX**

EX PETRARCHÆ RYTHMIS  
ERA QUEL DI, CHE AL SOL SI  
SCOLORARO.

Lux aderat, quâ sol nitidum caput obscuravit,

Testatus proprii funus atrox Domini,  
Quâ perii; neque dilapsus sub retia, Lisa

Sensi, Lisa tuo captus ab intuitu;

Nec mentem adjeci pugnæ, securus abibam;

Illa fuit nostri principium exitii;

Cum mihi pacifico sœvissimus hostis, inermi

Armiger, imbelli belliger instat amor;

Perque oculos cordi insinuat grassator apertos,

Qui modo trita meis Janua sunt lacrumis;

O male victorem! quod nos adgressus inermes,

Quod tua non arcu reppulit arma suo.

RESPONSUM SALSUM CUJUSDAM FÆMI-

NÆ MELITENSIS VULGO DICTÆ

LA DRAGONA.

Corpore procero cernit dum forte Dragonam

Salsus Eques medium vadere per Plateam;

O quam te memorem Mulier celssima dixit,

Num thalami sociam te Briareus habet?

Atlantis soboles, stirps an rediviva Gigantum?

Nam commune procul despicias alta genus.

At-

## EPIGRAMMATUM

Ardua quam longè se frons attollit in auras?

Quam tua sunt nostris labra Dragona procù?

Nec quiquam ergo tuis mea profero labra labellis,

Bafia qui tibi der scalæ opera indigeat.

Erubuit mulier, justaque incanduit ira,

Nempe procace nimis tacta Dragona joco:

Nostra statura, inquit, tua si tenet oscula (culum

Jlicet ostendens) hanc dare parte potes.

ROGERO BOSHOVICK SOC: J.  
MATHEMATICÒ CELEBERRIMO.

Omnia quæ tollus, quæ cum æquore continet æther,

Qui capis ingenio, Magne Rogere, tuo

Latius & terra & ponto sed & æthere majus

Ingenio ingeniam non capis ipse tuum;

Vinceris a nullo victor: sed vinceris a Te,

Victor & a Te dum vinceris, esse potes.

PROBLEMMA EROTICUM  
EX ITALICO CELEBERRIMI ZAPPI  
SED NON DE VERBO AD VERBUM.

Rivales Lisam duo sectabantur; amore

Ambos illa pari, tractat honore pari:

Spes utrumque fovet sua: nec liquet æquior utri

Lisa sit, & potius nubere discupiat;

Sed

Sed prece sollicita amborum tandem illa movetur,  
 Ut solvat tali lice metuque precos  
 Fœmina res vaga est; non vulnus rem pandere voce,  
 Ast aliquid signum vocis obire vicem :  
 Rivales parent: præcinctus floribus alter,  
 Alter inornato nudus adest capite.  
 Tum virgo sua ferta ferens dat habere carentem,  
 Serta proci propriis crinibus applicuit;  
 Quæritur hinc quid sit potioris pignus amoris,  
 Sertum an quod rapuit, quodve Puella dedit?

**AD ERUDITISSIMUM POETAM ETRUSCUM  
 QUI LATINA MEA EPIGRAMMATA  
 DE OBORTA IN LEOPOLDUM TEMPESTATE  
 ETRUSCA FECIT.**

Cum spectabuntur Tusci permista Latina  
 Esse unam nostris materiamque modis,  
 Obscurum discrimen erit volventibus ipsa,  
 Interpres quis sit, Tunc, vel author ego;  
 Ni cum de Fusco pulcherrima fonte petantur,  
 Continuo dicent versa fuisse Tua.

**EIDEM**

Procedunt Fusco mea nunc Epigrammata culta,  
 Claraque mutata conditione nitent;

**Lc.**

Lecta prius tetricis vix ostendenda magistris,  
 At nunc omnigenâ sæpe terenda manu:  
 Non ille Interpres est, sic qui carmina vertit,  
 Author & Inventor dicier ille potest.

## S. CASIMIRUS

MORI POTIUS, QUAM CASTITATIS  
 JACTURAM EX MEDICORUM CONSENSU  
 SUBIRE CONSTANTER  
 STATUIT.

Vana procul Casimirus, ait, medicina facesse,  
 Secta facesse tuis noxia consiliis  
 Corporis ut vitam medicorum industria servet,  
 Vitam sœva meæ tollere vis animæ?  
 Ah potius pereat properato funere corpus?  
 Corporis hanc vitam non emo morte animæ.

EX METASTASII SONETTO  
 MARIA THERESIA IMPERATRIX  
 LEOPOLDUM DISCEDENTEM  
 ALLOQUITUR.

Fili alibi Te Fata manent, dant concava signum  
 Æra abitus, Leopolde, Tui, Te Tuscia Magna  
 Voce vocat, regnandi artem, Populosque regendi  
 Ex me disce, avidusque istis complexibus hauri.

Quæ

Quæ peragenda prius libra, rata pæna nocenti,  
 Fac merces sit certa Bono: Timor exulet aulā  
 Qui terret plus ipse timet: Te vincere juge  
 Sit studium; tardus sis plectere, parcere velox.  
 Arbiter es populi; vide ne accusandus ab illo, est  
 Qui Arbitr̄ omnipotens: vitâ respectus honesti  
 Sit potior; Partes perages sic Principis omnes  
 Exemplo Tibi sim; Repetentem exempla Tuorum  
 Te Proavi accendant, Magnus Pater excitet; eheu  
 Fles sed, Natus? Vale, vix sustinet addere lingua.

## IN SYLLAM DEBITOREM

Sylla reservatos casus se dicit habere,  
 Debita nam servat, solvere Sylla negat;  
 Et tamen absolvit hic qui solvere nescit,  
 At nequit absolvit solvere quigrenuit.

## IN FUREM

Cum fœret ad furcam nuper ducendus Amyntas,  
 Posse negat captum scandere se podagrâ;  
 Respondet rigido metuendus lumine Tortor,  
 Esse opus hic collo, non opus at pedibus,  
 Nodosam nodo podagram curabo; sed inquit  
 Est aliud, quo Te scilicet admoneam.  
 Omnia cum subitis vastares tecta ruinis,  
 Tunc habuisse miser debueras Chiragram.

( K )

IN

IN CALVINUM AQUÆ LUSTRALIS  
OSOREM.

Ingemis, atque sitis nunc o Calvine; bene & fit  
Lustrali sitiat, qui maledixit, aquæ.

AD ELISABETTAM DOREL  
JLLUSTREM MATRONAM MELITENSEM.

De formâ rigidam Phrygio sub Judice litem  
Olim habuere simul Juno, Minerva, Venus.  
At si Te Judex vidisset, Lisa, repulsam  
Qualem accepissent Juno, Minerva, Venus!

IN CALVINI SENTENTIAM  
DE EUCHARISTIA.

Qui solam Christi clamas hic esse figuram,  
Præsentemque negas hic latitare Deum,  
Crede mihi referes meritum Calvine, salutis  
Eveniet pariter sola figura Tibi.

IN QUENDAM MINISTRUM  
SUPERBIENTEM

Publica quod persona audis, Fabiane, superbis;  
Hoc etiam conjux jure superba Tua est.

IN

( X )

IN

## IN ZOILUM

Zoile parce mihi, rursum tibi nomine parcam,  
Et quid sis referam nempe Asinorum Asinus.

## IN VILLAM

## CARDINALIS ALEX: ALBANI.

Ausoniam quisquis spectatum venerit Urbem,

Structaque ab antiquis pegmata Cæsaribus;

Atque Albanæas ibi non inviserit ædes,

Ne cuiquam dicat visa mihi Ausonia Urbs.

## IN EAMDEM

Urbs orbis parvus certe potè Romula dici,

At Domus Albani Urbs Romula tota potest.

*Inscription d'une Estampe*

*qui représente Mg: Le Dauphin traçant*

*un sillon la charrue à la main.*

*Quel est donc, o' Ceres, ce nouveau Triptoleme?*

*Quelles mains de ton art essayent les leçons?*

*D'un Pere bienfaisant c'est le plus doux emblème*

*L'Image de Louis, l'Heritier des Bourbons.*

## SIC VERTI

Quis novus iste Ceres unci monstrator aratri  
 Triptolemus? quænam gestit arare manus?  
 Optimi imago Patris, *Bene Amati* Regis imago est,  
 Altera spes Franci scilicet Imperii.

## DE VIRO NOBILI ERUDITO

Stemma crepent alii quibus est nihil amplius, in Te  
 Nobile nil minus est nobilitate tuâ.

IN SACRAM MASSILLONII ORATORIS GALLI  
 ELOQUENTIAM

Massillone mihi quo me rapis? o feror expers  
 Jpsse mei, & tecum me Tua suada rapit.  
 Massillone mihi rape me; nec me mihi redde,  
 Sic meus, & frugi sic ego semper ero.

IN NOMEN AMELIAE COMITISSÆ  
 DE MNISZECH

Cum dulce eloquii Tibi mel decurrat ab ore,  
 In quo terna Charis se solet abluere,  
 Jure Amelia equidem tu Brhyllia diceris; o quam  
 Ex vero nomen Brhyllia dulce tenes.

AD

DIS

( A )

IN

AD MAGNUM FONTEM  
QUI EST IN INSULA MELITÆ PROPE  
VILLAM ABS ME ÆDIFICATAM.

Crystallinarum fons amæne lympharum,  
Qui vitreo lucens vado  
Per floscularum picta prata gemmantum  
Fugis liquore ductili,  
Et hinc & inde murmurante ludentes  
Undâ lupillos excitas;  
En impotenter æstuantis insanus,  
Quem fervor urit aeris  
Adsum, tuoque torridam mihi rore  
Quæro situm compescere:  
Age prome puras de tua mihi venâ  
Vitroque certantes aquas;  
Sic nectar Hebes, sic tibi sacer cedat  
Fontis Caballini latex.

EPI-



# EPIGRAMMATUM LIBER III IN ATARDUM



Magnus Atardus homo est, & se magnum ore  
superbit,  
Est voce, est magno corpore magnus  
homo,  
Voce refert Asinum clamans immane rudentem,  
Ipse Asinus stolido præditus ingenio:  
Non homo tantum ergo magnus, sed corpore magno  
Idem Asinus, magna est bestia, magnus homo.

IN

## IN EUMDEM

Hæc tua quam nuper pinxit Diodorus Jmago  
Est tua, nam tardum barda refert Asinum.

## IN EUMDEM

Te fore tardum Asinum prædixit nominis omen,  
Omnibus nunc res adstruit ipsa fidem.

## IN EUMDEM

Debebunt nostri multum tibi Atarde libelli,  
Magnam his materiam dat tua Afellities.

## IN EUMDDM

Aspera Atarde nimis clamas mea carmina, verum  
Quate Asinum pungunt asperiora velim.

## IN EUMDEM

Simplicius ut me sæpe loqui vis, fiat, Atarde,  
Est Atardus onos; quid potè simplicius?

## IN EUMDEM

Ebrius est nuper submersus Atardus, Afellus  
Qui terrestris erat, piscis Afellus erit.

VII

IN

EPIGRAMMATUM  
IN EUMDEM

Discipulos post se illustres rel liquit Atardus,  
Sic Asini mulos progenerare solent.

IN EUMDEM

Mendaces Atarde vocas, vanosque Poetas ,  
An quia nemo Asinum te stupidum esse refert?

IN EUMDEM

Grammaticam nuper, Mathesin nunc pandit Atardus ,  
Qui nunc est Asinus, nuper Asellus erat.

IN EUMDEM

Sive Asinus tardus dici seu malis Atardus ,  
Conveniens genio nomen utrumque tuo.

IN EUMDEM

Atardus Quartanâ ægrotat febre, quis unquam  
Audiit Arcadicum febricitasse Asinum?

IN EUMDEM

Quæ tu dura vocas utinam sint ferrea, Atarde,  
Maxillam & frangant carmina nostra tuam.

VI

IN

## IN EUMDEM

Jte foras Asini morosus clamat Atardus :  
Istorum in numero primus es, ito foras.

## IN EUMDEM

Atardum si quis, si quis depingere Asellum  
Debeat, unā operā pingere utrumque potest.

## IN EUMDEM

Tardi, Atarde, tenes, Asini bene nomen, & omen.

## IN EUMDEM

Assuetus Lappis Asinus Lollio, tribulisque  
Hypocrena, tuas, inclyta, turbat aquas.

Hei! quid erit puri purissima Numina fontis?  
Heu quid erit vestro Castalides latici?

Alma novensilium miserere Diana sororum ,  
Jmbelles nequeunt quæ prohibere Asinum.

Tu Dictynna tuas venatrix mitte sagittas,  
Tu submitte acres, corpora fida, canes ;

Verum opus est magnos ut mittas Diva molossos  
Longè ut tam magnum ejicias Asinum,

Væ auribus o Atarde tuis: dabis improbe pœnas ;  
J nunc, & puras turba Heliconis aquas.

( L )

IN

## EPIGRAMMATUM

## IN EUMDEM

Produxisse tuum liceat si nomen, Atarde,  
Cur non Atardum dixero tardum Asinum?

## IN EUMDEM

Cum gereret tumido Mater te viscere, fertur

Quid gereret Turcas consuluisse duos:

Ille vir, inquit, erit, non vir, sed foemina at alter,  
Falsus uterque fuit, tardus Asellus erat.

## AD EUMDEM

Vis Asino vectus sacram mecum ire Melekam

Dorso Atarde tuo porter, & ibo comes.

## AD DISCIPULUM ATARDI BLASUM.

Tam desperate tua carmina, Blase, laborant,

His ut conferri nulla medela queat.

Sed lauro prævelor, ajs, concedimus, immo

Scimus at o quantus, qui dedit, est Asinus!

## ATARDUS ASINUS TARDUS

Vis anagramma tui quoddam quasi nominis omen

Eliciam semper quod retinere velis;

Non

Non ita ludo alias nec ineptio, si tamen urges  
 Evolvam, lentâ sed rogo mente feras :  
 Anagramma, Atardus Asellus Tardus, Atarde,  
 Ne mihi succense, nomini id omen inest  
 Recta Elementorum recta, inquam, excusio, recta est,  
 Nulla supervacua est littera; nulla deest.

## IN EUMDEM

Intentare minas tardus mihi fertur Atardus  
 Quid noceat tardus quæso Leoni Asinus.

## IN EUMDEM

Omnia qui jactas non omnia noscis, Atarde,  
 Si verum est, noscis te quoque, Atarde, Asinum.

## AD EUMDEM

Quanti te faciat, nę narres, Insula, Atarde ,  
 Neve roges quinam tu videare mihi  
 Scilicet ut doctus prudensque habeare, bonusque  
 Omnibus, usque mihi tardus Asellus eris.

IN EUMDEM CARPENTEM CARMINA  
JOACHIMI COROGNÆ VIRI  
ERUDITISSIMI.

Phœbi medulla cur minus fatuo sapit  
Blenni palato Atardii? fœnum comedet.

## IN EUMDEM

Nil facis & facies rectè dum vivis, Atarde,  
Quid rectè ut facias denique, verte molas.

## AD EUMDEM

Affimas Asini te non vidiisse figuram  
Fallor? an in speculo Atarde videre soles.

DE EODEM  
JPSE LOQUITUR.

Effudi versus tercentum stans pede in uno ;  
Mentiris, stabas quattuor in pedibus.

## IN EUMDEM

Deesse pedem in nostro versu conclamat Atardus  
O mores! ajs, in carmine deesse pedem!  
Esto; Atarde, pedem si vis supplere resolutum  
Unum de quatuor, Te precor, adde tuis.

IN

## IN EUMDEM

Atardus cernens tabulam in qua vectus Asello  
 Christus erat Jesus, talia verba dedit:  
 Me velut hunc Asinum fac o mitissime Jesu,  
 Hunc Asinum, cuius terga repanda premis;  
 Sistito verba jacis nil proficietia vento  
 Sistito: namque Deus non solet actum agere.

## IN ATARDUM JOCUS

Si ruat in terras laurorum nimbus ab alto  
 In caput incumbet nulla, DURINE, tuum.  
 Unica si tantum pluerit Clitella deorsum,  
 Incidet in dorsum pinguis, Atarde, tuum.

## AD EUMDEM

Quid sit Asellities rogitas me pinguis Atarde,  
 Hoc melius quam tu dicere nemo potest.

## AD EUMDEM

Astra vocas Doctos, ipse & vis dicier astrum,  
 Ingenii radio quod propiore micet;  
 Esto, sis astrum, nebulosi luminis astrum,  
 Sidere sub Cancri tardus Asellus eris.

## AD

## IN EUMDEM CARMINA

Ad mulas, non ad Musas tu natus, Atarde, es,  
Aptior ista tibi functio forsan erit.

## AD EUMDEM

Grammaticus fueras, Rhetor, Sophus, atque Poeta;  
Tu tamen es similis semper Atarde tui.

## AD EUMDEM

Mentitur, qui Asinimum hominem te dixit Atarde  
Non Asinus homo es, es sed, Atarde, Asinus.

## AD EUMDEM

Si fiam doctus quis sim, vis scire, futurus!  
Si fias Asinus, dic mihi qualis eris?

## AD EUMDEM

Versiculis nostris succenses, fertur, Atarde,  
Non tu crede mihi, sed tua Asellities  
Carmine lusa meo est; mihi cur haud ludere Atar  
Detur? si detur rudere, Atarde, Tibi.

## IN EUMDEM

Si Atardum nihil audias loquentem,  
Jures esse Catone doctiorem

Rhy-

Rhytmos si videoas suos sonantem

Dices protinus esse plusquam Asellum.

### IN EUMDEM

Nostra perillustrem quod Epistola dixit, Atardus

Conqueritur titulos me minuisse suos

Ergo ter illustris terque illustrissimus esto

Inter at Arcadicos pinguis Atarde Asinos

### IN EUMDEM

Extollant centeno alii ter carmine, Atarde

Dimidio versu dico, es, Atarde, Asinus.

### IN EUMDEM

Cum immitis Syriæ Rector Samaritica cingit

Mœnia, Marte potens, obsidione gravi,

Esuries & inops Cereris penuria Cives

Dirius obessos obsidione premit.

Venditur heu siclis Asini caput octoginta,

Sic urget miseris imperiosa famis :

Quid mirum Melitæ in pretio si cernis Atardum,

Sæpius atque Asinis accumulatur honos.

### IN EUMDEM

Atardus mea forte legens Epigrammata frontem

Contrahit in rugas, naufeat, atque vomit;

Cau-

**Causa patet, porcis non spirat amaracus unquam,**  
**Sordentes siliquæ sunt cibus aptus haræ;**  
**Aspera ragos fugiunt Asini, violasque, rosasque,**  
**Aspera lactucas labra petunt similes.**

## IN EUMDEM

**Scribier in nostris insistis, Atarde, libellis**  
**Et cretâ pingi candiore petis ;**  
**Expecta, meditabor opus, quod laudet Asellos,**  
**Crede mihi, tum tu, Atardule, primus eris.**

## IN EUMDEM

**Ha! Ha! te Atarde insultum quod diximus, ha! ha!**  
**Te stupidum & nequam diximus ha! ha! Asinu n**  
**Te diras animo fertur male concipere iras ;**  
**Ha! Ha! ridendo dicere vera licet.**

## IN EUMDEM

**Sic Nasonis habet sententia, pinguis Atarde,**  
**Quam recito, si vis nubere, nube pari,**  
**Isthæc si placeat sententia, tum tibi Asellæ**  
**Nubendum: si vis nubere, nube pari.**

## IN EUMDEM

**Mirantur te equitare omnes, clamantque subinde,**  
**Adscendit celerem tardus Asellus equum .**

IN

## IN EUMDEM

Carmen amas, insulse Atarde,&c vis laudari carmine  
longo;

Ecce, pede octono nunc tibi carmen habet,  
Octo si pedibus credis male currere carmen,

Tu duo de octonis aufer Atarde pedes;  
Ablatos tibi da; bene sic curretis uterque,  
Sex pedibus carmen. Tuque Asinus quatuor.

## IN EUMDEM

Dic mihi Valletam quoties spatiare per urbem  
Atarde, extremos tolleris in digitos;

Anne cupis major, quam fert mensura videri?  
Te ne hominis magni nomen habere juvat?

Fallor, humum levibus plantis perstringis, Atarde,  
Calceus ut tritu dama minor a ferat.

Hæc si sit ratio morum genuina tuorum,  
Calceus ex Asini pelle parandus erat;  
Durat, & atteritur minus; & sic ima supremis  
Respondent, Asini pelle ferente Asinum.

## IN EUMDEM

Si tibi tanta foret capitis sapientia, quantæ  
Sunt aures, quantum o lumen, Atarde, fores!

( M )

IN

EPIGRAMMATUM  
IN EUMDEM

*Est Asinus, quamvis auro decoretur, & ostro.*

IN EUMDEM

Hæc tibi non sapiunt Epigrammata, saepius inquis,  
 Et rideas nostros, pinguis Atarde, jocos  
 Vin causam? urticæ stupidis debentur Asellis;  
 Non tibi, sed doctis scribimus hosce jocos.

AD EUMDEM

Miraris singeris agitatus Apolline versus,  
 Voce Asinus cur sit sillaba quæque brevis.  
 Cum natura tamen pigris produxerit aures,  
 Et superent longis auribus omne pecus:  
 Atarde hæc dicis; sed & hoc fatearis, Asellis  
 Aures plus justo pluribus esse breves.

IN EUMDEM

Posteritas nostræ videat simulacra figuræ  
 Quantus homo fuerit Posteritasque sciatis;  
 Nam brevis heu miseræ nobis est portio vitæ!  
 Vitaque post seros picta manet cineres;

Ut sua victuris committeret ora tabellis,

Pictorum quærit quidquid habet Melite;

Ocyus ad tabulam veros miscere colores

Dixit, Apellæa pingite cuncta manus,

Posteritas verâ nostros in imagine vultus

Aspiciat, pictus sim velut alter ego.

Pingite Pictores ne nunc erretis Asellum,

Et satis ad vivum pictus Atardus erit.

### IN EUMDEM

Quum me currentem celeri pede forte videres,

Te Atarde haud puduit dicere me Leporem:

Non sum, Atarde, Lepus; Leporem tamen haud pu-

det esse

Te te Asinum cerebro, me pede dic Leporem.

### IN EUMDEM

### TOT CAPITA QUOT SENSUS.

Sunt hominum sensus tot quot capita, inquis, Atarde,

Et nihil hoc verbo verius esse putas:

Falleris hæc etenim te vox nox tangit, Atarde:

Te solo excepto vox ea vera manet.

( M 2 )

Et

## EPIGRAMMATUM

Est tibi grande caput fateor, sed inane cerebro,  
 Cui sani fensus micula nulla micat :  
 Erravit natura Parens cum finxit Atardum;  
 Non hominem voluit fingere, verum Asinum.

## IN EUMDEM

Angelus è cælis Balaamo infestus Asellam  
 More hominum jussit verba sonora loqui,  
 Protinus insuetam dant horrida labra loquelandam,  
 Si simili ratione tuus loqueretur Asellus  
 Increpat & Dominum turpis Asella suum  
 Atarde o! quid tum diceret ille tibi;  
 Diceret hoc certe quoties te portat, Atarde,  
 Ecce Asinus porto mentis iniquæ Asinum.

## AD EUMDEM

Usque magister amas dici jactanter, at audi ,  
 Nil nisi virgam Asini pinguis Atarde geris.

## IN EUMDEM

Immensum rudit, rudit sine fine rudendo ,  
 Te quoties Mopsi turpis Asella videt;  
 Quæ ratio? dicam si nescis forsan, Atarde,  
 Te esse Asinum Mopsi turpis Asella putat.

IN

## IN EUMDEM

Laudari gaudes, interque Epigrammata nostra  
 Poni personam gestis Atarde tuam,  
 Verum Atarde audi, non es persona virilis,  
 Nam tibi vix sanæ guttula mentis inest ;  
 Ergo minus verè poteris persona vocari,  
 Vis dicam quid sis, nil nisi tardus onos

## IN EUMDEM

Fabula erat quondam mihi transformatio; sed nu  
 Me metamorphosin credere, Atarde, jubes.  
 Nam tu si quadrupes manibus pedibusque feraris,  
 Non homo, sed potius tardus Asellus eris.

## IN EUMDEM

Mendaces Atarde inquis nos esse Poetas,  
 Spargimus in vulgus dum tuam Asellitiem ;  
 Non opus est verbis, ubi facta asinina loquuntur,  
 Te solo quod sis, teste scies, Asinus.

## IN EUMDEM

Moribus aut studiis ubi delinquere scholares  
 Hos ut corripias auribus usque trahis.  
 Num dabis auritos Melitæ Præceptor Asellos?  
 Num quia tu es Asinus, vis quoque discipulos.

IN

## IN EUMDEM

Exclamo, veheris quoties Atarde Caballo,  
 En vehitur tumido turpis Asellus e quo :  
 O piger! Atarde ignavo portoris Asello ,  
 Vel tuus hic subito, fiat Asellus equus;  
 Ut similis simili possit gaudere: Caballos  
 Ut reor Arcadiæ germina ferre pudet.

## IN EUMDEM

Nil mediocre Atardum ajunt audire libenter  
 Esse Atarde ego Te dico trabalem Asinum.

## AD EUMDEM

Semper Atarde rogas te ut amare velim: sed Atarde  
 Quisquis amat te Asinum, se male is odit homo.

## AD EUMDEM

Sol licet alta obeat duodenis signa figuris ,  
 Atarde in tardo tecum agit usque Asino.

## TUMULUS EJUSDEM

Atardus cubat hic: bene declinate scholares,  
 Ni facitis, nobis credite, jam evigilat.

IN

## IN EUMDEM

Atardi sumo bipedis cum scripta legenda,  
Nil deleturio; cuncta cacaturio.

## IN EUMDEM

Cur quoties gaudet, vel carmina ruat Atardus  
Grammaticus, pedunt sunt ubi, Aselli hilares?

## IN EUMDEM

Sideribus natos homines cui fabula prisca est,  
Atardi dicat quem putet esse Patrem,

## IN EUMDEM

Atardi nasus sit regula Grammaticorum  
Stultius hâc nihil est, & sapidiputius.

## IN EUMDEM

Ne narres quanti faciat tua Te Insula, Atarde,  
Neve roges quinam vir videare mihi;  
Scilicet ut doctus, prudensque habeare bonusque  
Omnibus, esse mihi non nisi quis Asinus.

## IN EUMDEM

Quid rogô te jactas quod scripta est laus tua, Atarde,  
Laus quoque scripta Asini, scriptaque stultitiae est.

IN

## EPIGRAMMATUM

## IN EUMDEM

**Tu Atardum te fers, nos te plus esse fatemur;**  
**Quique Atardus eras, tardus Asellus eris.**

## TUMULUS ATARDI

**Ne te decipiat lapis hic seu littera, Lector**  
**Hic jacet in tumulo qui modo Asellus erat,**  
**Crede mihi species intus si forte cadaver**  
**Parva mora est dices hic modo Asellus erat.**

## IN EUMDEM

**Seu voco te Atardum, tardum seu te voco Asellum ,**  
**Omnino est unum; tu mihi semper idem es;**  
**Te quacumque coquat tandem coquus arte magistra**  
**Coctus es insapidus, crudus es insipidus.**

## DE EODEM

**Tardum Asinum agrestis Quidam stimulabat; Atardus**  
**Huic inquit, miserum quid laceras animal?**  
**Cui sic Agrestis respondit salsus, Atarde,**  
**Nescivi, frater quod foret ille tuus.**

## EIDEM

**Non formâ, at normâ reputaris Asellus, Atarde,**  
**Sciris habere duos, quattuor ille pedes.**

## IN

## IN ATARDUM

Insulsissime quot fuere, quot sunt,  
 Quotque dehinc aliis erunt in annis;  
 Quem rogo facies tuis cavillis  
 Modum, grammaticalibus cavillis?  
 Non dudum tibi maximam esse sentis  
 A grege Aonio crucem paratam?  
 Quam non effugere est, nisi unico isto  
 Modo, teque, tuaque sorte digno:  
 Te porco ut jubeas sacro expiari.  
 Ut vites igitur crucem paratam  
 Tuæ stultitiae, atque Asellitati,  
 Porco te jubeas citò expiari,  
 Aut si fors placeat magis, tuoque  
 Statu victima dignior videri  
 Possit, auriculosoire Asello.

## DE EODEM AD LECTOREM

Sit quisnam iste meus, rogas, Atardus.  
 Age etsi nihil est necesse, fiat.  
 Est bardus Melitensium Magister,  
 Pedagogus atrox, petulcus, excors,  
 Plenus ruris & inficetiarum;  
 In quo cum salis invenire non sit  
 Micam, se tamen usque & usque salsum  
 Nullo tempore prædicare cessat,

IN

( N )

Et

## EPIGRAMMATUM

Et tanquam reliquus Catonis esset  
 Sanguis, in modulos meos severum  
 Sumit arbitrium, elegantiasque  
 Sermonis Latii, negans venustum,  
 Quod non de trivio videt petitum  
 Quid multis? Melitensium hic magister,  
 Pedagogus atrox, petulcus, excors,  
 Viri haud nomine dignus, ast Aselli est.

## DE EODEM

Nihil stultius est, fuitque Atardo,  
 Et stulte loquiturque, perficitque  
 Omne id, quod loquiturque perficitque:  
 Verum ut nil fuerit, nec esse Atardo  
 Posset stultius, ipse quod fatetur:  
 Tamen præcipue videre Atardum  
 Licet, cum recitat, facitque versus,  
 Hic se vincere Atardus ipse gestit.

## IN EUMDEM

Parrhasius nostrum donavit laudibus Hymnum

Cætus; an indubitas? pignora certa dabo,  
 Fecit idem Corogna, illum qui versibus aurēis

Extulit; indubitas? pignora certa dabo:  
 Hæc Nemesis nullo scit me dixisse tumore,

Ergo quid enumeras? ut rudat ille Asinus.

IN

## IN EUMDEM

Ne singas posthac sub Asello, Atarde, Leonem,  
Aut pete Cumanos; nam Leo notus & hic.

## IN EUMDEM

Quæ fuerunt Atarde meo tibi pluris in Hymno,  
Atarde, ut par est illa nihil facio.

Insulsus, bucco, fungus, totusque Paganus  
Audes de Aoniis dicere virginibus?

Sed mea eur demens in commoda pecco, mihi que  
Censuræ fructum incommodus in video?

Perge inimicum animum, frontemque Atarde severan  
Indue, vel prorsus exue, ut est libitum,  
Nam tibi quæ nihil arrident, mihi crede, placebunt,  
Quæ magis arrident; protinus abjiciam.

ASELLUS PELLE LEONIS INDUTUS  
EJUSQUE HERUS.

Cum nemorum venisset Asellus in alta, Leonis  
Exuvias cæsi repperit, induitur  
Illiis; ad pastum sic personatus opimum  
Mox redit, atque ruens impete præcipiti  
Lanigeros fugat ille greges, hirtaque capellas.  
Et cerebrosa boum corpora: cernit Herum,

**I**nque ipsum pariter ruit inflammatus; Herus sed  
Apprehensis ejus fortiter auriculis.  
**O**bardum insulsumque animal, scuticâque dolandum!  
Dixit, decipiás artibus his alios:  
**A**st ego, cum te intus cognôrim, atque in cute durâ,  
Et mihi Asellus es, & semper Asellus eris.

**ADFABULATIO.**

Et mihi Atardus es, & semper Atardus eris.

**IN EUMDEM**

**N**on tua Palladiam meruerunt tempora frondem,  
Atarde o clarii fama sinistra chori!  
**C**onveniens est spina tuis Atarde capillis,  
Et lolium, hæc capiti parta coronâ tuo.

**PISTORIS ASINUS  
INTRAT SCHOLAM ATARDI PEDAGOGI**

Paucos Discipulos Pistoris vidiſ Asellus,  
Dum legeres vacuâ pinguis Atarde scholâ;  
Ne pretiosa cadat sine fructu lectio, dixit:  
Atardi auditor sim prior, ipſe mei.

**ASINUS AD ATARDUM EXPULSOREM**

Non ita me duro miserandum verbere, Atarde,  
Cæde, tuæ quæſo da residere scholæ.

Huc

Huc venio auditum, pueris quam perlegis attem,

Huic operam studio me sine, Atarde, dare:

Tot siquidem ut doctos video facit istud Asellos,

Mutabis sortem forsan, Atarde meam.

### IN EUMDEM

Ex aliis recitas carpendo, Atarde labores;

Dic aliquando aliquid, quod sit Atarde tuum.

### IN EUMDEM

Si tibi dens caderet, quoties obrudis, Atarde,

Jam reor haud posse carduo, Atarde frui.

### IN EUMDEM

Qui vult te Melitæ deprædicet Alpha scientis,

Nil moror, Alpha nequis, Beta sed esse potes.

### IN EUMDEM

Te qui doctorem jactas Atarde profundum,

Doctorem fundo te sine quisque putat.

### IN EUMDEM

Cum te Asinum dixit mea Musa, erravit, Atarde;

Non te Asinum, ast ingens te puto frustum Asini.

### IN

## EPIGRAMMATUM

## IN EUMDEM

Quod te frustum Asini mea Musa vocavit, Atarde,  
 Appellas sanctam Divum, hominumque fidem;  
 Ipse quoque agnosco, mea Musa erravit, Atarde,  
 Vertice ad usque pedes totus Asellus eras.

## IN EUMDEM

**A**ut nihil, aut primus dici vis, accipe utrumque:  
 Et nihil, Arcadici primus & ipse gregis.

## IN EUMDEM

Ciantario dum te refero quot inania dicta  
 Non ullo rudis bestia judicio:  
 Rudat, ait; nam dispeream si saevior ulla est  
 Pæna hâc, a magnis quam precer huic superis.

## IN EUMDEM

Marmarico similem te dicis, Atarde, Leoni;  
 Decepit ratio te tua, dic Asino.

## IN EUMDEM

Fama est sub veris morituros tempus Asellos;  
 Ah metuas! nam te Atarde timere decet.

IN

IN

## IN EUMDEM

Atardus Vates dum vecors conspuit omnes,

Jactat Prisciani ducere gente genus.

Sed tamen illius mens, & vox velle videntur

Dicere, Asellino ut natus adulterio.

## IN EUMDEM

Es canis: & latrans, es Bos, & cornua vibrans,

Esque onos; & rudens, haec tria rite facis.

## IN EUMDEM

Gannitu vulpis, morsu canis, & strepitu Anser,

Esse Atarde vales haec tria tu pariter,

Sed magis esse potes ruditu insignis Asellus,

Nam cuncta ut possis, non, quod es, esse potes.

## IN EUMDEM

Cum fueras prorsus nobis ignotus, Atarde

Te fore mente virum non sine credidimus;

At notus magis atque magis cum forte fuisti,

Es nobis visus non sine fasce Asinus.

## IN EUMDEM

Perlegere hunc poteris castum Matrona libellum,

Casto potest tecum & Filia perlegere.

Ma-

Mater amoris abest, & abest ruber ille Priapus;  
Tardus hic est Asinus, nec potis arrigere est.

## IN EUMDEM

Te esse Asinum atque hominem quis credat, Atarde?  
secundum  
Es quid homo, ast asinus quomodo? simpliciter.

## IN EUMDEM

Sacra avium est princeps hominumque Deumque Parenti,  
Pavone & gaudet Maxima Cælicolum  
Neptunus frænat Delphines ore, perosam  
Lucem sed Pallas noctuam Athena sovet.  
Mercurius Gallum, Cycnum Tymbræus Apollo  
Diligit, alipedes Mars amat acer equos.  
Quis cunctis præfert te jure, Atarde, Priapus,  
Atarde, o cunctis anteferende asinis!

## IN EUMDEM

Dic mihi cur, quæso, contrâxti nomen, Atarde?  
Restitue, atque Asinus tardus, Atardus erit.

## IN EUMDEM

Fronte homo tu primâ sapiens & Atarde, videris;  
Si excutiam, tardus nil nisi Asellus eris.

## IN EUMDEM

Præbuit intentæ nuper spectacula plebi

In plano ludens Simius alveolo:

Quem Pedagogus dum cerneret, inquit, Atardus,

Nulla refert hominis bestia tam faciem.

Cui prope consistens respondit Sannio, vulta

Ille refert hominem, tu ingenio ast Asinum.

## IN EUMDEM

Exceptura r ovas Atardi carta lituras,

Quo potuit tales extulit ore sonos;

In quamcumque libet potius deserte latrinam,

Ne merdis temeret me iste suis Asinus.

## IN EUMDEM

Quod non assequeris mea scripta, nec accipis, hoc est

Atarde, Atardus nomine & ingenio es.

## IN EUMDEM

Atardum quisquis cernit, quoque cernit Asellum,

Ulrumvis noris, noris utrumque simul.

# EPIGRAMMATUM IN EUMDEM

**T**e genuit Melite, atque dedit tibi nomen Atardi,  
Quam manifeste Afinus inde futurus eras!

## IN EUMDEM

**C**arpere Castalios sine mente & fronte Poetas,  
Crede mihi, non est carpere, sed rudere.

## IN EUMDEM

**G**entilem magna te natum gente putamus,  
Gens tua Brutorum est, gens ea magna quidem.  
**N**obilis es, magno genitum quem sanguine scimus;  
Es siquidem de asino tardo asinus genitus;  
**Q**uod si alii de te, atque alii nascantur ab illis,  
Crescit versandis gens tua multa molis.

## IN EUMDEM

**S**emper in Aonios mordax es atroxque Poetas,  
Atque istâ doctum te ratione putas;  
**Q**ui te Mœnaliū nunc usque ignorat Asellum,  
Ex isto liquide discere more potest.

## IN EUMDEM

**T**e neget esse Afinum quisnam? tua nomina produnt,  
Naturæ titulus convenit iste tuæ;

Et

Et nisi tale malum humana sub pelle lateret,  
 Sub scabram ruderis, turpis Atarde, molâ  
 Nunc quia fronte tenus tua falsâ scientia luctet,  
 Quam facile incautis est tibi verba dare.

## IN EUMDEM

Quam bene cum tardo sociatur Atardus Asello,  
 Js molâ rudit, rudit at ille scholâ.

## IN EUMDEM

Ciantarius tardo differt facundus Atardo,  
 Quod trahit iste Asinos, quod trahit ille viros.

## IN ATARDUM

## EPIGRAMMA.

Diceris haud quaquam Atardus bene; tardus Asellus  
 Dicendus, cum re ut nomina conveniant.

## IN EUMDEM

Esse hominem te, Atarde, putas, neque stultus aberras,  
 Esse putas hominem si te asinicipitem.

( O<sub>2</sub> )

IN

## EPIGRAMMATUM

## IN EUMDEM

*Qui te Asinimum hominem dixit, mentitur, Atarde,  
Non Asinus homo es, tardus es ipse Asinus.*

## IN EUMDEM

*Vis fieri magni? Arcadiam pete: nam nihil obstat  
Quominus esse queas primus in Arcadia.*

## IN EUMDEM

*Bubo homini ferale canit, rudente sed ipso  
Atardo, celso e culmine bubo cadit.*

## IN EUMDEM

*Te nimium jactas, quod non tibi senseris ulcus,  
Tactum, Atarde, meis, improbe, verberibus;  
Crede mihi, quam Atarde putas, est gloria nulla,  
Quando & iners Asinus verbera perpetitur.*

## IN EUMDEM

*Quis dubitet Flacco, quis te certare Maroni?  
Æqua vel Orpheis sunt tua plectra modis.  
Stipitibus placuit brutisque animantibus Orpheus,  
Tuque places brutis, sed magis Arcadicis.*

IN

## IN EUMDEM

Ut nomen tardum tibi mens est tarda, quod extat  
Nempe Asini specimen grande latenter habet.

## IN EUMDEM

Nemo potest Asinum, dicas, te dicere: credo;  
Quod dicunt omnes dicere nemo potest.

## IN EUMDEM

Incubat & densis pullos in vepribus edit,  
Quæ minima est reliquas Aegithus inter aves.

Hanc solet admoto nidis elidere dorso,  
Dum spinis Asinus scalpit iners latera:

Odit enim insontem cane pejns & angue, nec hujus  
Esse decus palmæ judicat exiguum.

Aegithus in stolidum at velocibus incubat alis,  
Et dorsum rostro pungit, & ungue fodit;

Atque affixa cuti mordax non ante recedit,  
Arida quam patulum vulnus ad offa ferat.

Desinite o Asini volucrum convellere nidos,  
Vindictæ ex cælo gens ea Numen habet.

IN

## EPIGRAMMATUM

## IN EUMDEM

**Cum tibi tarda siet mens tardo in corpore, Atarde,  
Anne mihi tardus non videare Asinus?**

## IN EUMDEM

**Dum corpus tucor, nobis homo Atarde videris;  
Dum tucor mentem Atarde, videris onos.**

## IN EUMDEM

**Fœnum habeo in cornu, longe fuge, dixit Atardus;  
Mentiris : stolido carduum in ore geris.**

## IN EUMDEM

**Non sapiens, nec homo es, nec doctus, sed simulacrum  
Falsum hominis, verum sed simulacrum Afini.**

## IN EUMDEM

**Dat tibi Atarde Afinus nomen, nomenque tueris;  
Nil mage Afellinum quando tulit Melite.**

## AD EUMDEM

**Quod gemit atque tuus crebro cónclamat Afellus,  
Huic Atarde immitti ora notas ferulâ:**

De-

**Desine non meritum diro punire flagello,**

**Ille etenim causas, unde queratur, habet.**

**Indignatur herum vilem portare misellus,**

**Hinc gemit, hoc uno calcitat impatiens.**

**Ergo sive rudat, feriat seu calcibus auras,**

**Jpsum crede Asinum dicere, porto Asinum.**

### IN EUMDEM

**Si cuivis Asino danda esset sarcina, certe**

**Danda esset dorso sarcina, Atarde, tuo.**

### IN EUMDEM

**Cur sic obrudas cunctis, Atarde, Poetis,**

**Quem vox Arcadici sanguinis esse probat,**

**Dicam; nulla animi tibi vis est improbe, quoque**

**Te extentes, Asini nil nisi guttur habes.**

### IN EUMDEM

**Carpe, Atarde, rudi quantumlibet ore rosarum,**

**Crede mihi, ex Asino non facies Hominem.**

### IN

IN

## EPIGRAMMATUM

## IN EUMDEM

Sinciput haud dubie insubidum tibi, mensque profana est,  
 Sacra Poetarum qui monumenta notas.  
 Arbitrium hoc alio pendet de judice, cur tu  
 Præripere illud aves, cum tibi non liceat?  
 Num cæcus graphices artem rectè æstimet? anne  
 Surdus de numerorum indole censor erit?  
 Nam quamvis firmo valeas tu corpore, prorsus  
 Ad cytharæ canus auris iners animi est;  
 Quæso, Atarde, trucem depone superbiam, & audi  
 Hoc vetus, esse Suis spernere amaracinum.  
 Num pudet esse Suem? ne sis; mihi Gracculus esto,  
 Sed cave ne posthac non tibi cum fidibus,  
 Fustibus at potius sit res, tantoque tumescis  
 Si fastu, monitum hocce accipere ut renuas;  
 Quo tibi, cedat honos longum te dignus in ævum,  
 Tandem fias Atarde petulcus Onos.  
 Mavis esse Mydas? Phrigiæ Rex ergo voceris,  
 Auriculasque geras, quas tulit ille, palam,  
 Aut etiam occulte, tenui licet incita flatu  
 Arcadicum prodeat te mea canna pecus.

## IN EUMDEM

Nolim sive velim me cogis credere, Atarde,  
 In mediâ natum te fore Mœnaliâ.

IN

## IN EUMDEM

Noscere si cupis Atardum, facito ora relaxet  
In voces, Asinum ex vocibus esse scies.

## IN EUMDEM

Non miror quare tibi nomen adhæsit Atardi;  
Nam video in mentem rite quadrare tuam.

## IN EUMDEM

Cum moriere, simul tecum tua cuncta peribunt,  
Emoritur stultum ut cum sine mente pecus.  
Ruditu toto tamen agnosceris in orbe,  
Tantum a Vate sacro est non tenuisse manum.  
Ut tua profubigat conculcans ossa viator,  
Atque cinis dicat hic, fuit ante Asinus.

## IN EUMDEM

Si quibus est simile ingenium, est similis quoque vultus,  
Est Asini certe non tuus absimilis.

VI

(P)

IN

(P)

IN

**EPIGRAMMATUM  
IN EUMDEM**

Credideram falsâ donari carmina laude,

Quæ canit in tardum nostra Camæna Asinum:

Nunc quoniam Atardi dictis oppugnor amaris,

Me nihil in toto doctius orbe puto.

**IN EUMDEM**

Ut placeam Musis, & lauri digner honore,

Sat mihi, sat tardo displicuisse Asino.

**IN EUMDEM**

Quod nihil hactenus edideris non mirer, Atarde?

Cum toto vitæ tempore gignat onos,

**IN EUMDEM**

Si tibi pes curtus, si crus, sique omnia curta,

Aures tam longæ cur Ludovice, tibi?

**IN EUMDEM**

Si mea nec laudas, nec culpas scripta, quid ad me?

Judicio tardi non ego sisto Asini.

IN

## IN EUMDEM

Antea quam nossem, bipedem te, Atarde, putavi,  
Cum bene te norim, nunc mihi eris quadrupes.

## IN EUMDEM

Nostra minus tibi quod placeant Epigrammata, Atarde,  
Non miror: stomachum melia movent Afino.

## IN EUMDEM

Lectorem quæro, censorem nil moror: unum hoc  
Mi satis, auriculis displicuisse tuis.

## IN EUMDEM

Dente, Atarde, canis, cornu bos, cætera Asellus,  
Tres in te pecudes solus Atarde tenes.

IN EJUSDEM AMICUM  
QUI ATARDI LAUDIBUS STULTE  
SUPERBIEBAT.

Nemo, crede, bonus recitat tua carmina Vates;  
Atardi tantum laudibus ipse tumes:  
Agricolæ es similis, qui terram ut findat aratro,  
Cum careat bobus, utitur ille Afnis.

MI

( P 2 )

IN

## IN EUMDEM

Te belle ornarent nova tintinnabula, Atarde,  
Insipiente places tam mihi de capite.

## IN EUMDEM

Dum me, Atarde, tuo petulantius impetis ore,  
Atque notas thetâ carmina nostra nigro;  
Vis quod, Atarde, facis, quid sit tibi dicere pergam?  
Illud quod tardus nempe Asinus facere,  
Dum rudis est solitus: quamquamlibet efferat hiba,  
Non tamen ad superos permeat hiba polos.

## IN EUMDEM

Sollicitus nostro fueram de carmine, at illud  
Atardus carpit: non jam ego sollicitus.

## IN EUMDEM

Dum mihi detraxisse putas, super æthera, Atarde,  
Tollis, quod videor displicuisse tibi.

## IN EUMDEM

Turpem laudarunt Asinum non unus, & alter:  
Legimus & laudes turpis Atarde tuas.

IN

(P)

IN

## IN EUMDEM

Cum carpis crassâ mea carmina, Atarde, Minervâ,  
Ludis, Atarde, operam, perdis, Atarde, oleum.

## IN EUMDEM

Sus grunnit, Lopus ullulat, hinnit Equus, Leo rugit,  
Et rudit tardus mentis iniquæ Asinus:  
Quirritat Verres, fera vis sed frendet Aprorum,  
Balat Ovis, mugit Bos, latrat atque Canis:  
Nunc age quæ ex ipsis tibi vox jam quadrat, Atarde,  
Crede, tibi quadrat nil nisi vox Asini.

## IN EUMDEM

Discipulus crassum quondam carpebat Atardum,  
Quod non calleret scandere versiculo s,  
Aspera cumque semel convicia fusius irent,  
Dixit quo bellè barbariem elueret,  
A Musis prudens vestris me temporo: nam si  
Virgilius fuero, non fuero Cicero.

## IN EUMDEM

Vectores olim divisorum scimus Asellos  
Ruditu cælum promeruisse suo:  
Falleris, hanc tibi si sortem contingere speras;  
Augebis potius civibus Arcadiam.

IN

Cal-

## IN EUMDEM

Nostra vocant si Asinum tardum te carmina, Atarde,  
Non pedis id, capitis sed ratione tui est.

## IN EUMDEM

Cum te Asinum tardum vocito, non nomina ludens  
Fingo, pro ingenio do tibi vera tuo.

## IN EUMDEM

Est Chrysaure equidem mage te mage doctus Atardus;  
Id tamen ingenii dixero pace tui,  
Humanas tantum tu mulces cantibus aures,  
Quando canit, socios allicit ille Asinos.

## IN EUMDEM

Venturum video parvo post tempore Atardum,  
Prævius illius quarido ruditus adest.

## IN EUMDEM

Jpsc sedens Asino cum conspexisset Atardus  
Pastorem saxo forte sedere Chromin,  
Et quidnam aspicio, saxo saxum insidet, inquit,  
Respondens simili cui sale, Pastor ait;

IN

Hoc

Hoc ego tam magnum non monstrum duxero, quam  
quod

In secessorem Asinum te quoque fert Asinus.

### IN EUMDEM

Non miror te Atarde tuo placuisse Fabullo,

Namque Asino est Asinus pulcher, Alexis ait.

### IN EUMDEM

Rhetora te credis, te Vatem credis, Atarde,

Teque Geometren, teque Mathematicum,

Te speculatorem credis Mundique Deique,

Verum, quod credis, credere nemo potest:

Si sapias de te nil credes tu tibi, Atarde,

Te credes tardum, si sapias, Asinum.

### IN EUMDEM

#### QUARTANA LABORANTE

Si quis ab aure Asini tres guttas sanguinis haustas

Æger aquæ duplice combibat in cotylâ

Febrem quartanam sitibundo fistit in æstu,

Ut valeas, aures exprime, Atarde, tuas.

### IN EUMDEM

Pigrior umbriferæ recubans sub tegmine fagi

Sesquiasinus patulis auribus, ore rudis

Cal-

Calcibus intextas pulsavit vimine cellas,  
Et mellis vigiles depulit artifices.  
Non tulit hoc florum prædatrix turba, thymique,  
Defensura suos, dulcia tecta, favos.  
Jlicet erupere furentibus agmina telis,  
Sauciaque exanimis Verbero terga tulit,  
Gorgonei potuit vix ungula dura Caballi  
Fundere aquam, atque Asinus mella velit pedibus?

## IN EUMDEM

Convivæ, Atardus Logicus, Glaucusque Sophista  
Consedere, loquax ille, sed hic tacitus;  
Atardus jussus premit ora; rogatus at alter  
Tentavit bardis frigida corda jocis;  
Lesbia nil Sapho, nil ipsa Corinthia Lais,  
Nil Helenæ potuit, Laodamia nihil.  
Barbara, celarent, darii, ferio, baralipton  
Incipit, hoc Glaucus fundit ab ore melos:  
Hoc subito audito Atardus saliensque, canensque  
O ait Orphæis æmula verba modis!  
Jmo novus factus mox ipse Poeta, rudebat  
Omnis homo currit, nullus homo est Asinus  
Atardum præter, lætus conviva sonabat.

## IN

Cap-

## IN EUMDEM

Aetas prisca pilæ ludo qui victus, Asellum  
Dixit, te victum carmine, nostra, Afinum.

## IN EUMDEM

Pollere auditu se Atardus jactat acuto;  
Ne mirere, Afini quando habet auriculas.

## IN EUMDEM

Quod Josippo olim fuit Apnion, es mihi Atarde,  
Ore Canis dentes, cor Afini intus habes.

## IN EUMDEM

Non de te, ut de homine est mihi loquendum,  
Nam tu non hominem, at sapis Asellum.

## IN EUMDEM

Huc huc o Musæ flagris cædatur Atardus,  
Et sit grata Deo viictima Lampsacidæ.

## IN EUMDEM

Aoniis jungam te Cycnis quæris, Atarde,  
Te Cycnis jungam; attamen Arcadicis.

( Q )

IN

## EPIGRAMMATUM

## IN EUMDEM

Nil tibi difficile, Atarde, est, concedimus esse,

Dum ne Asinum te sit noscere difficile.

## IN EUMDEM

Pythagoræ si dogma placet tibi, Atarde, renati,

Non mirum est, si Asini tardi animam intus habes.

## IN EUMDEM

Non Atardus, eras Asinus vocitandus, ob id quod

Tu magis es tardus, quam sicut ipse Asinus.

## IN EUMDEM

Vis dicam cur, Atarde, isto nomine dignus,

Dicaris? quoniam omnia habes Asini.

Est animusque Asini, estque Asini mens improba, sermo

Est Asini prorsus, est Asini ingenium:

Est Asini incessus, majeblas est Asinina,

Sunt mores Asini, multus in ore Asinus;

Atque ut perstringam paucis, mi Atarde, Asini omnia

Omnia habes, Asini, o improbe, tu omnia habes.

## IN EUMDEM

Non debet cuiquam res hæc miranda videri,

Si tu sis crasso corpore progenitus,

Non

Non poterat natura Asini concludere bardas  
Tardi adeo dotes corpore prætenui.

## IN EUMDEM

Fronte, genis, oculis, labro, ingenioque, animoque  
Plus Asino es similis, quam ipse sui est Asinus.

## IN EUMDEM

Magna facit nullus, nisi sit quoque magnus, Atarde,  
Sed tu magna facis, magnus es ergo Asinus.

## IN EUMDEM

Philosophum te dicis, & hoc te nomine tollis,

Ut nil præ te omnes esse putas reliquos;

Non tamen aut rerum causas, vel semina nosti,

Quo mereare sacri nomina Philosophi.

Una tuis titulis addenda est littera, Atarde,

Nec mihi Philosophus, sed Philoasellus eris.

## IN EUMDEM

Si monstrum te compello miraris, Atarde,

Verum si causam quæris Atarde patet;

Nullum animal novi, quod lingua mordeat usquam;

Hoc tamen est in te: quod tibi nomen erit.

( Q<sub>2</sub> )

Pri.

Primum Marmarici norunt rugire Leones,  
 More Asini rufis, non eris ergo Leo;  
 Si Canis es, tua proprietas est dentibus uti,  
 Tu lingua mordes; non eris ergo Canis;  
 Ne mirere ergo si te appellavero monstrum,  
 Monstrum sed tardi cui caput est Asini.

## EPIGRAMMA.

Atardus me anagramma rogat, tua nomina verte,  
 Nunc qui es Atardus, tardus Asellus eris.

## IN EUMDEM

Dum dubitat natura hominem faceret, vel Asellum  
 Corpore factus homo es, mente at, Atarde, Asinus.

## IN EUMDEM

Omnia quod rodis, quod mordes improbe dente,  
 Quis te non rabidum dixerit esse Canem.  
 Sed quia nulla facis cum sanguine vulnera, non es  
 Re Canis, at tardus nomine, reque Asinus.

## IN EUMDEM

Te litterarum ineptus esse nullarum  
 Atarde dixi, ingentium trium cum sis.

IN

## IN EUMDEM

Felix est amor iste onos Atardus  
 Quo seque & sua disperit; profecto  
 Rivales habet, æmulos Asellos.

## IN EUMDEM

Si similis gaudet simili, gaudebis, Atarde,  
 Quod tibi tardigradum dixerim inesse Asinum.

## IN EUMDEM

Esse Atarde Asini verus tu diceris Jcon ,  
 Aure, oculis, mento, crinibus, ore, pede;  
 Partes sed taceo tectas, Atarde, puto queis  
 Non Asini es tu Jcon, verus es ast Asinus.

## IN EUMDEM

Non video cur te tantum mireris, amesque  
 Scis quid mireris? scis quid ames? Asinum.

## IN EUMDEM

Scripserunt Asini Laudes Apuleius Afer ,  
 Atque alii, & laudes nunc lego Atarde tuas.

## IN EUMDEM

Carduus in Sicula mensâ, quem linquit Asellus  
 Ponitur: i Siculas nunc ede Atarde dapes.

IN

## IN EJUSDEM ENCOMIASTAS

Bardi estis, tardi, stupidi, stolidique, Midæque  
 Digni, quos Phæbus consimiles faciat:  
 Alterum & interea permulcet laudibus alrer,  
 Nempe fricant, scitis, sic Asinos Asini.

## IN EUMDEM

Mirantur multi te hoc nomine: Atarde superbis?  
 At sunt qui te mirantur, Atarde, Asini.

## EPITAPHIUM EJUSDEM

Barbarie totam Meliten, qui conspuit atrâ,  
 Dedit purè quoque Juventa loqui,  
 Ridiculâ pueris cathedrâ, scuticâque relictâ,  
 Nunc docet Elysios barbara verba Onagros.

## IN EUMDEM

Si quo homo tu posses, Atarde, evadere pacto,  
 Consulerem, haud corpus exue, at ingenium.

## IN EUMDEM

Cum mentum radis, lavas & caput, improbe Atarde,  
 Radere id est Asiam, crede, lavare Asinum.

## IN EUMDEM

Hunc nodum dissolve mihi spinose Magister?  
Plura licet loqueris, nulla tamen loqueris.

IN EUMDEM  
FABULA

Ore Eruca truci ruris pus, atque venenum,  
Sueta humiles caules lambere, Pieridum  
In nemus abrepst bombicum mixta catervæ,  
Qui fila Aoniis aurea nent Dominis.  
Nativum sed enim ingenium, moresque malignos  
Celavisse Eruca improba non valuit,  
Nam qua se torto convertit corpore, flores  
Jlicet expirant, omnis & emoritur  
Arbos, restabat Laurus; Cyrræus Apollo  
Ipse suis olim severat hanc manibus,  
Atque olli dederat regnare loquacibus antris;  
Hanc etiam atra lues, hanc parat aggredier,  
Frustra; nam morsu dum figere tendit amaro,  
In morsu moriens ipsa crepat medio.

## ADFABULATIO.

Quid rides? de te narratur fabula, Atarde,  
Qui stolide Crisaurum ausus es impetere.

IN

EPIGRAMMATUM  
IN EUMDEM

AD APES UT ATARDUM RURSUS  
IN PARNASSUM IRRUENTEM  
EXAGITENT, ATQUE  
EXPELLANT.

Nectaris artifices, cives & olentis Hymeti,  
 Queis volitare licet per nemus Aonidum ,  
 Cur cessatis apes? nam cur cessatis? ad arma  
 Ad tela, ecce Arcas rursus Atardus adeſt.  
 Rursus adeſt, satyri vector piger ille protervi ,  
 Quem nuper factis occius agminibus  
 Fecistiſ dare terga fugæ, redit acer in arces  
 Parnassi, ulturus dedecus ipſe ſuum:  
 Audistiſ bardos fremitus, ſonitusque rudentiſ?  
 O ſcelus! injeſtiſ atterit ut pedibus  
 Inſcriptoſ trunciſ verſuſ! & dente petulco  
 Laurum iſpiſ dilectam impetiſ Aoniſin!  
 Et jam cerea caſtra parat bis rumpere, veſtræ  
 Sternere opus turmæ jam parat; ore ſuo  
 Atque illo veprēta ſolet quo prodere, mellis  
 Veſtri ediſſe ardet nečtar, & ambroſiam.  
 Et ceſſatiſ adhuc, & adhuc ceſſatiſ? adeſte  
 Quotquot cunctæ eſtiſ, ſtrinſite tela precor,  
 Et denſiſ bardam pecudem circumdate turmiſ.  
 Atque hinc, atque illinc, labra, oculos, podicem

Pun.

Pungite, figite, dilacerate, plagas duplicate;

Ut durâ cute sit, spicula vestra tamen

Sentiet abstrusas penetrantia ad usque medullas,

Atque capistro aveat reddier, atque molæ.

### IN EUMDEM

Diceris Atardus meritò, qui es tardus Asellus,

Nomine sic res est quæque vocanda suo.

### IN EUMDEM

Veh vobis, Pueri, cutique vestræ,

Atardus quibus obtigit magister

Immitis, truculentus, asper, atrox,

Torvo lumine, voce, fronte, naso

Formidabilis, omnibusque membris:

Veh vobis, Pueri, cutique vestræ.

O cives adeo ne cæca mens est

Vobis, siccine liberos amatis?

Vesta & viscera, sanguinemque vestrum!

### IN EUMDEM

Meonides si te quondam novisset, Atarde,

Thersites foret haud notus in Jliade.

( R )

IN

## IN EUMDEM

Unde tibi Atarde quæso cognomen, ab illo?  
Corpore quod tardus, tardior ingenio es.

## IN EUMDEM

Sexto quoque die radi tibi quid, rogo, prodest?  
Non faciunt Asinum te pili, at ingenium.

## IN EUMDEM

Vox Asinina tibi est, Asinimum corpus; imago  
Exterior monstrat nempe, quod intus habes:  
Desine Lusciniæ argutum tibi poscere carmen;  
Tu mihi semper eris semper onocratalus.

## IN EUMDEM

Atardus, nomen tibi dat sive Arcadis ora,  
Quâ nulla fertur terra Asinina magis  
Seu dat Bardorum Melite Genitrix Asinorum,  
Crede mihi egregie quadrat utrumque tibi.

## IN EUMDEM

Sensi ego ut impuro Atardi me turpiter ore  
Traduci, factum non tuli ego æquo animo.  
Accingo me ad opus, paro carmina, nec fero tardi  
Me offendit bardâ garrulitate Asini.

IN

## IN EUMDEM

Cauda solæcismos, non tua lingua facit.

## IN EUMDEM

Nil moror, aut ronhos vulgi, bardique ruditus

Atardi, est homini sat cecinisse mihi.

## IN EUMDEM

Atardus sese ut doctum Plebs stulta putaret

Grammaticus liquit grammaticos canonas.

Atque Mathematicos Phisicesque arcana docere

Agreditur, sed non definit esse Afinus.

Dum hoc videt Atardus Mathefim , Phisicemque  
relinquit ,

Atque iterum assumpfit grammaticos canonas.

## IN EUMDEM

Qui ex facie, & vultu tantum te novit, Atarde,

Crede mihi bardum te putat esse hominem;

Qui proprios mores, mentemque inspexerit, inquit,

Te Arcadicum humano in corpore habere Afinum.

( R 2 )

IN

EPIGRAMMATUM  
IN EUMDEM

Hymno non doleo nostro quod detrahis; at me  
Hoc male habet, quod te quisque Asinum reputat.

IN EUMDEM

De te quid fieret Magnus si essem ipse Magister  
Quæris? jam ferres Marsa per arva jugum.

IN EUMDEM

Postponas primam, pervertes nomen Atardi,  
Quique Asinus tardus, tardus Asellus erit.

IN EUMDEM

Næ tu tardigradus re vera & nomine Asellus.

IN EUMDEM

In me quod mittas bardos Atarde raditus ,  
Ipse malum tibi tu, non mihi stulte cacas;  
Te esse Atarde Asinum, quo non Asinatior alter,  
Tritum in Tonstrinis omnibus, & Triviis.

Non

Non me debueras stulte irritare tacentem,  
 In te aliquid rectæ si rationis erat;  
 At postquam immeritum nulla ratione lacesſis,  
     Stulte remorsurum me petiſſe ſcies.  
 Jure quidem, quando verbum vetus, inquit, inultum  
     Non remanet, cuiquam ſi male quid facies.

## AD EUMDEM

Quem placido ſanctæ viderunt lumine Muſæ,  
 Si quis eum carpat non homo, at eſt Asinus.

## IN EUMDEM

More meo postquam non pulchrum ſcribere credis,  
 Jam tibi ſit pulchrum rudere more tuo.

## IN EUMDEM

Atardum vere cupiat ſi pingere Pictor,  
 Pistrino in vili pingat inertem Asinum.

## IN EUMDEM

Tam tardum ingenium, tam tardum eſt corpus Atardi  
 Totus at hic poſſim dicere homo eſt Asinus.

## IN

## IN EUMDEM

**T**e esse, Atarde, Asinum tardum mihi non nova res est,  
Hanc te naturam nomen habere docet.

## IN ATARDUM

**N**on inpune rudes, si in quos nam rudis, Atarde,  
Danda tibi ratio Atarde ruditus erit.

**C**um vis non Asinum, ast hominem te credier; hoc vis  
Mentiri facies quod tua mensque sonat.

## IN EUMDEM

**S**tultos atque Asinos Ludovicus Atardus in ore  
Semper habet, sunt ne hæc munera Grammatici?  
**Q**uid sibi vult nescis? jam quærere define, stultus,  
Atque Asinus solum quos amat, hos loquitur.

## IN EUMDEM

**D**isce docere prius, doceas quam Atarde magister,  
Nil scire est Asini, & velle docere alios.

## IN EUMDEM

**P**er genium Musæ, per Olympi Numinæ sanctæ,  
Teque interfusam per styga, juro Asinum.

NI

IN

## IN EUMDEM

In te si meditor, nec mens sua munia præstat,

Nec manus officium, nec mihi lingua satis;

Dicere vix nomen cæpi, vox altera defit

Ad sis Phæbe, Asinum dic satis, inquit, habes.

## IN EUMDEM

Seu te Asinum tardum, Atardum seu forte vocemus,

Tardi Asini, Atardi & nomen utrumque decet.

## IN EUMDEM

Sat bone Atarde tibi concordas nomine; cum sis

Non homo Atarde unquam, at semper Atarde Asinus.

## IN EUMDEM

Tardi Asini effigiem pictor vis pingere, pinge

Atardum, uni illi convenit ille color.

## AD LECTOREM DE EODEM

Vin tu tardigradi speculum bone Lector Aselli?

Atardi speculum præbet imago tibi.

## IN EUMDEM

Atardus bardo indixit mihi bella tumultu,

Atque canit tardi classica more Asini;

*Quid*

**Quid faciam! dem terga? quid o bardissime! nescis?**  
**Si volo, mors, unus, mors tibi, Jambus erit.**

**IN EUMDEM**

**Diceris Atardus, memor usque & nominis hujus**  
**Cum loqueris, tardum te esse probas Asinum.**

**IN EUMDEM**

**Qui fueris, qui sis post fata futurus Atarde**  
**Discet qui nostram cernet Atardeidem**

**IN EUMDEM**

**Aurelias vespas consuevimus appellare,**  
**Mos olim nasum dicere ut Atticum erat;**  
**Nunc te, Atarde, Asinum appellabimus at Melitensem,**  
**Omnes qui stultus calce petis stolido.**

**IN EUMDEM**

**Non equus hic tantum nocuit, quo diruta Troja,**  
**Quam tu discipulis tarde noces Asine.**

**IN EUMDEM**

**Arcadicum virtus commendat plurima Atardum,**  
**Cultius in toto quis viget orbe caput?**  
**Pectore sedato dotes abscondit, & optat**  
**Nesciri proprias res nova! divitias**

Rudere Sileno versus sub namque Magistro

Qui didicit, nullum præbet adhuc specimen:

Cui pudor est tantus? quem tanta modestia firmat,

Dissimulare suam possit ut armoniam?

### IN EUMDEM

Ut bene nil faciat, confundit singula Atardus,

Impar, insulsus, corneus, immodicus,

Crudus adhuc ferulæ cœpit dictare Javentæ

Grammaticam, Phisicen, atque Mathematicam

Euripo in tanto, tantâ in vertigine rerum

Quid nunquam Atardus destitit esse Asinus.

### IN EUMDEM

Quam bene tardigradi sequeris vestigia Aselli!

Te mage quam species mens docet hoc genitum.

### IN EUMDEM

Absurdos inter nutritum te quis Asellos

Absurdus tantum cum sis, Atarde, neget?

### IN EUMDEM

Invidia infelix minimâ tenuaberis escâ,

Si Siren dentes detinet una tuos

( S )

Et

Et quid si exemplis sancta licentia magnis!

Transit in ornatum, fitque decoris opus;

Quid si Virgilii divina poemata Pubpii

Grammaticum satagunt si male habere pecus!

In minimo carpit stultus qui carmina naevo

Curnam Atarde rudis, non notat ille, probat.

### IN EUMDEM

MALUM GRAMMATICUM SED MATHE-

MATICUM PEJOREM.

Grammaticus Vates quæ dicta aspergit in omnes

Sunt merda, aut si quid vilius esse potest,

Grammaticus tamen hic merdæ deprenditur esse

Deterior longe, crede Mathematicus.

### IN EUMDEM

POETA LOQUITUR.

Ut facis antiquos Crisaure imitare Poetas,

Aurea saecula citis prosequere & pedibus;

Neglige merdivorus de te quid dicat Atardus,

Tardigrado nomen qui trahit ex Asino;

Sed neque Grammaticis quicquam placuisse labores,

Cura tibi potior displicuisse quibus,

Nec

Nec Solipsorum cures, quid Turba loquatur  
Tegmine s̄æpe sub hoc turba latet stolidâ;  
Denique de Melitæ ne sis nimis anxius ore,  
Afrum est, & priscum nescit iners Latium:  
Timbræo qui vite litat Musisque libellus,  
Omnibus invitis ille perennis erit.

*Rivos clande, satis tardus potavit Asellus.*



•*and the sinner who sins, shan't weill*



2948/2



